2.

ALLEGATIONES CELEBERRIMORVM

Doctiſſimorumq; Iuriſconſultorum,

IACOBI DE PVTEO

Pro Communitate terræ Valentiæ, contra Communitatem Sancti Saluatoris,

&

LVCHINI DE CVRTE

Pro Communitate Sancti Saluatoris, contra Communitatem terræ Valentiæ,

IN MATERIA CONFINIVM

Quæ ſummo cum labore perquiſitæ, tum maxima etiam diligentia cum veteribus manuſcriptis collatæ exemplaribus Nunc verò primùm editæ ſunt.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS,
Apud Iordanum Zilettum. MDLXXIIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RAIMVNDO
FICHARDO
IOANNIS F.
I. V. Doctori eximio.

Iordanus Zilettus. S. P. D.

QVANTVM ego patri tuo debeam, RAIMVNDE FICHARDE, quamq. boni omnes debeant, non ignoro: immo etiam pro eo, quod ei debeo, conor, quantum in me eſt; quod an præſtare poſſim, neſcio; ſed conor certe, vti ſummam meam in eum obſeruantiam, ſingularemq. beneuolentiam, ob eximia eius in me beneficia, & æqui, & iniqui cognoſcant. Cum igitur in te filio vera illa patris tui cernatur effigies, non minùs corporis, quàm animi: quod re ipſa ſum expertus, nimirum beneficijs ornatus tuis, ex eo tempore, quo primùm e Germania te in Italiam mecum duxi, vt ſtuderes Patauij, Iuriq; Ciuili iuxta, ac Pontificio operam dares, vbi initio doctiſſimi viri Caroli Sigonij conſuetudine; quo, me

auctore, es præceptore vſus; conuictuq. mirificè delectabare, quamdiu cum eo vixiſti. quo quidem in loco cum, tuo ſanè aliquid, doctorum autem virorum iudicio, Plurimùm profeciſſes, deindeq. doctoratus inſignibus eſſes decoratus, ſumma cum laude in patriam tuam reuerſus fuiſti: & ſi ex eo te non viderim, miro autem tui deſiderio ſemper fuerim inflammatus (licèt enim temporum, locorumq. interuallis diſiuncti ſimus, beneuolentia tamen ipſa litteris ali, & conciliari facillimè poteſt.) & colloqui tecum per litteras, & tui etiam ornandi, cum oblatura ſe facultas eſſet aliqua, ſingulare meum ſtudium tibi declarare, animum induxi. Volo, igitur, habeas munus a me ipſe, vnde quid tua cauſa velim, conijcias, exiſtimesq. id quod res eſt, & quia tanti viri, & quia eo dignus es filius, & quia ſemper à te valde me diligi ſenſi, amorem a me tibi deberi quendam ſingularem. Cum itaque ſuperioribus diebus patri tuo librum dicaſſem de finibus regendis, ac in eadem materia celeberrimorum iuriſconſultorum, Jacobi de Puteo, & Luchini de Curte, quas vocant, allegationes quædam nondum editæ, ad me tandem aliquando perueniſſent, maximo cum labore perquiſitę, doctorumq. virorum induſtria, ſumma fide, correctæ, decreſſemque meo illas typographo com mittere, optimum mihi facere viſum eſt, ſi eas ſub tuo quam primùm nomine apparere vellem, quò tibi ſpecimen quoddam, atque argumentum præberem prolixæ meæ erga vtroſque voluntatis neminem alteri in amo-

re

re præferentis. Accipe igitur munus, quod ad te deſtinaui, maiora, atque ampliora a me officia, ſtudiaq; exſpectaturus, proximis etiam nundinis Franfurtenſibus, eruditiſsimi præceptoris tui Caroli Sigonij, qui te ſalutat plurimùm; luculentiſsimam hiſtoriam de Regno Italiæ a me recèns excuſam, perlecturus. Vale.

Venetijs. M D LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Actione finium regundorum multipliciter agi poteſt.*
2 *Finium regundorum quæſtio quo caſu proprie cohæret proprietati.*
3 *Agens in actione finium quando debeat probare ſe dominum.*
4 *Probationum plures ſpecies in materia confinium ſimul iunguntur ad faciendum vnum effectum.*
5 *Teſtes deponentes ſuper aliquo vniuerſali, licèt deponant ſuper diuerſis actibus, cenſentur conteſtes, non autem ſingulares, & affertur exemplum.*
6 *Scripturarum, ſeu librorum antiquorum tres vidẽtur eſſe ſpecies.*
7 *Tabellio ſecundum conſuetudinem alicuius loci creatus licèt extra illum locum inſtrumenta conficere non poſſit, tamen ſi confecerit in loco in quo creatus eſt, talia inſtrumenta vbique fidem faciunt.*
8 *Libri ſcripti ab officialibus ad id ex publico deputatis probant etiam extra territorium.*
9 *Inſtrumento confecto de antiquo, non eſt neceſſe probare quod tabellio qui illud dicitur rogaſſe, fuerit tabellio.*
10 *Locus publicus dat publicam auctoritatem ſcripturæ, quando bene & diligenter eſt cuſtoditus, & quando illa ſcriptura habet teſtimonium officialis ibi præſidentis archiuio,*
11 *Cenſitorum & peræquatorum deputatorum ad conficiendum æſtima vniuſcuiuſque perſonæ officium quale ſit.*
12 *Liber regiſtri non probat neque dominium, neque poſſeſſionem regiſtrantis, in præiudicium tertij.*
13 *Subiectionis ſigna quæ ſint.*
14 *Actus iuriſdictionales arguentes iuriſdictionem qui ſint.*
15 *Iudex per proceſſum factum contra criminoſum non dicitur acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, & adducitur ratio.*
16 *Banna de damnis datis cadunt in accuſationem criminalem, cum pœna veniat applicanda fiſco.*
17 *Capere malefactorem cuilibet licitum eſt, dummodo poſtea illum ad iudicem ducat.*
18 *Iuriſdictioin criminoſum ex quibus competat.*
19 *Monumenta & termini in finalibus quæſtionibus maximam afferunt probationem.*
20 *Limes ſuperior probatur per libros antiquos.*

Poſſider

21 *Poſſidere rem aliquam dicitur, qui illam cuſtodit, vel cuius nomi ne cuſtoditur.*

22 *Iuriſdictio generalis acquiritur ex bannis.*

23 *Collectandi actus eſt iuriſdictionis.*

24 *Scripturis factis in marmoribus an & quãdo credatur circa pro banda confinia, vel aliqua priuilegia eccleſiæ, vel hiſtoriam alicuius ſancti.*

25 *Confinia probãtur ex verbis enuntiatiuis in inſtrumẽto prolatis.*

26 *Confinia probantur ex communi fama.*

27 *Factis antiquis multum, opinio generalis & communis fama habentur pro veritate.*

28 *Factis antiquis magis creditur ſcripturæ, quam teſtibus. & n.50.*

29 *Factis antiquis admittitur dictum teſtis de auditu auditus.*

30 *Verbis enuntiatiuis inſtrumenti quando credatur, vel non.*

31 *Teſtibus de vniuerſitate in factis vniuerſitatis an & quando credendum ſit.*

32 *Teſtes quando admittantur poſt publicata dicta eorum.*

33 *Inimicitia qualis repellat teſtem à teſtificando.*

34 *Arbitrorum plurium diuerſæ ſententiæ nihil valent.*

35 *Agrimenſoris officium in actione finium regundorum, quale ſit.*

36 *Mercatores & homines notabiles non eſt veriſimile deierare, præſertim cum de nullo eorum particulari comodo agitur.*

37 *Perſonis vilibus & abiectis nõ ſolet credi niſi mediante tortura.*

38 *Actum vnum iuriſdictionalem exercens in aliquo territorio, retinet omnem iuriſdictionem circa omnes alios actus iuriſdictionales illius territorij.*

39 *Seruitus diſcontinua non præſcribitur, niſi tanto tempore, cuius initij non ſit memoria in contrarium.*

40 *Vectigal vt exigi poſſit, requiritur ſcientia illius qui ius illud exigendi vectigal concedere poteſt.*

41 *Præſcriptio confinium non ſequitur ex eo quod quis alleget poſſe diſſe intra confines longo & longiſſimo tempore, & adducitur ratio.*

42 *Princeps Montisferrati habet regalia in territorio ſuo, & poteſt ea quæ poteſt Imperator in vniuerſo.*

43 *Libertas non ſoluendi ex quibus præſcribatur, remiſſiue.*

44 *Relatum eſt in referente.*

45 *Poſſeſsio ſine titulo an & quando ſufficiat in actione finium regundorum.*

46 *Fines territorium, ſiue curia an probentur per inſtrumentum in quo continetur, actum in tali loco, vel tali domo.*
47 *Confines antiqui ex quibus actibus iuriſdictionalibus probentur.*
48 *Probatio in factis antiquis nulla melior quam inſtrumentorum.*
49 *Fama coniuncta cum conſuetudine facit ius.*
51 *Confines probantur per teſtes, etiam ſi eſſent in ætate decrepita, niſi languor corporis auferret concilium mentis.*

ALLEGATIO

IACOBI DE PVTEO

DOCTORIS CELEBERRIMI,

PRO COMMVNITATE

TERRAE VALENTIAE,

Contra Communitatem Sancti Saluatoris.

IN MATERIA CONFINIVM.

MAGNIFICI Patres, ac Doctores præſtantiſſimi: Quia factum quæſtionis uertentis inter Communitatem & homines terræ Valentiæ ex una parte, & communitatem & homines ſancti Saluatoris ex alia: uobis, qui in re ipſa examinanda præfuiſtis, notiſsimum eſt; Ideo omiſſa caſus poſitione, ad iuris allegationes deueniam, oſtendendo pluribus rationibus, Communitatem & homines Valentiæ apertiſsimè iuſtitiam fouere. Et ordo præſentis meæ allegationis talis erit. Quia primum aliquam præmittam. Demum ex ijs præmiſsis & alijs intentionem communitatis & hominum terræ Valentiæ fundabo. Tertiò, argumentis factis pro parte hominum Sancti Saluatoris reſpondebo.

1 Præmitto itaque, quia præſens quæſtio eſt † de finibus: Quòd actione finium regundorum multipliciter agi poteſt. Aliter enim poteſt agi propter fructus & damna data. l. 4. §. poſt litem. ff. fini. regund. Aliter agitur, eo quia fines aliàs poſiti auulſi, ſeu turbati ſunt, ſeu occupati. ut. l. pen. l. ſi conſti terit. C. fini. regund. l. 3. §. ſi dicantur. ff. eo. & Inſtit. de offi. iudi. §. fin. Et contra iſtas ſunt inſtitutæ accuſationes etiam criminales. l. 1. & 2. & l. lege a gratia. ff. de term. amo. Aliquādo autem agitur, ut fines de nouo ponantur, uel ut poſiti, & eiecti ui fluminum, uel alio modo, reponantur. l. 1. & 2. ff. fini. regund. & §. fin. inſtit. de offi. iudic. Aliquando, & quartò agi poteſt actione finium regundorum, eo quia quis dicat aduerſarium ſuum progreſſum eſſe ultra fines. Et hic aduer-

tendum, Quod aliquando uterque contendit ſe poſsidere, 2 & proprietatem terminorum habere, † & hoc caſu iſta quæſtio finium regundorum propriè cohæret proprietati, quo caſu iudex inquirit & de proprietate,& de poſſeſsione,& mo a dus procedendi in hoc iudicio *a* ponitur in l. 3. C. fini. regund. & iſtud propriè eſt iudicium finium regundorum, quia quilibet eſt actor & reus, & quilibet probat de ſua poſſeſsione, & proprietate, ut.d.l.3 .C.fini.regund. & iſte propriè eſt caſus noſter. Quia communitas & homines Valentiæ prætendunt ſe tenere, & poſsidere, & iuriſditionem habere per totum territorium terræ Valentiæ, ſecundum confines & limites per eos deſignatos: Sit & contra, homines Santi Saluatoris prætendunt ſe eſſe in poſſeſsione uel quaſi, territorij Sancti Saluatoris uſque ad limites per eos deſignatos, & iuriſditionem illius territorij uſque ad limites illos extendi. Vnde hoc caſu quilibet debet probare de poſſeſsione & iure ſuo, ſicut in caſu noſtro factum eſt. Aliquando, & quinto loco unus tantum poſsidet, & alter dicit illum egreſſum limites, & 3 plus poſsidere quam debeat, & hoc caſu † ſi poſsidens negat ſimpliciter, agentem eſſe dominum, oportet quod agens probet ſe dominum. Si autem conuentus negat ſe turbaſſe fines, tunc ſtatim agi poterit iudicio finium regundorum, maxime quando conuentus etiam inſtat ut termini antiqui poſiti obſeruentur, nam tunc etiam uterque probabit de proprietate, & uterquè erit actor & reus, & ita poteſt intelligi. c. ex literis, extra de probat. & hæc omnia uidentur eſſe de mente ſcribentium, ſi quis ad eos bene aduertat. Rofre. in libel. ſuis in tit. de ciuil. action. ſuper libello in actione finium regundorum Specul. in tit. de iudici. in. §. ſequitur. Bal. in. l. 3. &. l. fin. C. fin. regunal. Canoniſt. in. c. ex literis, &. c. cum cauſam, ext. de probat. Aduertendum tamen circa præmiſſa eſt in caſu noſtro, Quod licet reperiatur aliquos de Sancto Saluatore intra confinia per homines de Valentia deſignata poſsidere aliqua, prædia, non tamen habet locum caſus iſte ultimus de quo ſupra dixi, Quia ſtat ſimul, quod limites confiniorū firmi maneant, & tamen unus de uno territorio acquirat uel aliquid habeat in limite alterius, & econtra. c. quia indicante, & ibi in glo. & per doct. ext. de præſcrip. illud enim ultimū membrum propriè in agris priuatorum locum ſibi uendicat.

Secundò

Secundò ad euidentiam præmitto, Quod licèt aliquan-
4 do in iure dubitetur, utrum † plures diuerſæ ſpecies probationum ſimul iungi debeant ad faciendum unam plenā probationem, de qua dubitatur in. l. 1. C. qui num. tut. in. l. 2. poſt prin. in. l. ſpadonem. §. qui multa. ff. de excuſat. tut. & in ijs duobus ultimis, egregie per Bal. Tamen in materia noſtra finium regundorum illud expeditum eſt, plures ſpecies probationum ſimul ad unum effectum iungi, tex. eſt in. c. cū cauſam. ext. de probat. ubi libri antiqui, teſtes, fama, & alia admi nicula ſimul iunguntur omnia ad probandum fines, & ibi egregie per doct. maxime per Bal. ubi dicit, quod ſicut ad perficiendam quandam ſingularem armoniam cantus requiritur tenor, contracantus, & contratenor, quæ tria producunt armoniam in eſſe, ita in iſtis plures ſpecies probationum admittuntur ad unam perfectam probationem faciendam; Et ſi pur res egeat aliqua probatione, tollat exemplum optimum.
5 Nam † teſtes deponentes ſuper aliquo uniuerſal, ſicut ſuper iuriſditione, ut in caſu noſtro, licèt deponant ſuper diuerſis actibus, cenſentur conteſtes, nō autem ſingulares, Vt puta ſi ad probandum iuriſditionem alicuius caſtri, unus teſtis deponat, quod uidit ius dicentem collectare talem, alius dicit quod uidit exigit uectigal à tali, alius dicit quod uidit decapi tari talem, Licèt iſti teſtes deponant de actibus differētibus, tamen omnes iſti ſimul iunguntur ad probandam iuriſditionem, glo. eſt no. in. l. ob carmen. §. fin. in uer. aſiſtit. ff. de teſt. & ibi per Alb. & Bart. per Innocen. in. c. qualiter & quando ext. de accuſat. Bal. ultra alios, in. l. de quibus, propè finem ſui apparatus. ff. de legi. Ioan. de Im. & plenè ultra alios in. l. inter pares. ff. de re iudic. & in. l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de uerb. obligat.
6 Tertiò præmitto, quod † ſcripturarum, ſeu librorum antiquorum tres uidentur eſſe ſpecies. Nam quædam ſunt ſcripturæ, ſeu libri confecti ab officialibus publicis ad hoc deputatis, & illi pro publicis & ſolemnibus habentur, l. in fraudem. l. quatenus. ff. de iure fiſ. Authen. ad hæc. C. de fi. inſtru. Aliqui ſunt libri, ſeu ſcripturæ antiquæ, non confectę ab officialibus publicis, & tunc ſi iudices & officiales & aliæ perſonæ indiferentes illis utuntur, habentur pro publicis, nam talis uſus communi conſuetudine approbatus, & communis

error ipſis auctoritatem præſtat.arg.l. Barbarius.ff.de offic. prætor.&.l.1.C.de ſenten.& interlo. omn.iud.Aliquæ,& tertio loco ſunt ſcripturæ,ſeu libri,quibus nõ indiferenter omnes utuntur,ut quia non ad omnes ſpectant,quales ſunt ſcripturę priuilegiorũ antiquorũ,& libri,ſeu ſcripturę territoriorũ & iuriſdictionũ ciuitatũ,ſeu caſtrorũ,& libri cẽſus uel affictuum,redditus eccleſiarum,uel prælatorum:& tunc,ſi iſti libri longo tempore uiguerunt,& bene ac diligenter cuſtoditi ſunt in publicis archiuijs,fidem faciunt.c.ad audientiam. ubi Canoniſ.ext.de præſcript.&.d.Authen ad hæc.cum ibi not. C.de fi.inſtrum. &. l.cenſus & monumenta. C.de probat. & faciunt non ſolùm authenticas qui illos libros ſeu ſcripturas in archiuio publico cuſtodiri faciant, ſed etiam inter alios.l. ſi non ſpeciali.&.l.fin.C. de teſtam. Pro quo etiam facit qđ not.doct.in.l.1.C.de ſum.Trin.& ſi.cat.maximè Bar.& Bal.

7 ubi concludunt † quòd ſi aliquis ſit creatus tabellio ſecundum conſuetudinem alicuius loci, quòd licèt extra locum illum inſtrumenta conficere non poſsit, tamen ſi in loco in quo creatus eſt tabellio,inſtrumenta confecerit, illa talia inſtrumẽta ubique fidem faciunt.& idem uoluit Bart.in.l.nec enim.§.eorum.ff.de adoption. licet aliqui habeant in.l. non aliter.in eo.tit.de quo etiam uidetur caſus in.c.cum cauſam. ext.de probat. ubi in quæſtione illa quæ uertebatur inter illos duos epiſcopos, libri antiqui producti per unum epiſcopum fidem faciebant contra alium , & hanc partem tenuit Bald. in. l.exemplo. C. de probat. & ibidem hoc uult Bartholo. de Salyc. licet Nic. de matar. quem ipſi allegant , uiſus fuerit tenere oppoſitum , Sed uerior eſt præcedens opinio,quam tenet etiam ipſe Bal.in.c.1. in fi. de fi. inſtrum.Hoſtien.& Ioan.And in.d.c.cum cauſam.in fi. ext. de probat.

115 Sic pro euidentia præmiſsis, uenio nunc propius ad fundandam intentionem Communitatis & hominum terræ Valentiæ.Et primò argumentor ſic. Libri producti per Syndicos Communitatis terræ Valentiæ faciunt fidem etiam extra territorium : Sed ex ipſis libris probantur fines allegati

b & deſignati per Communitatem Valentiæ, ergo &cæt. b

Quod autem ipſi libri probent etiam extra territorium ter-

8 ræ Valentię , hoc primum probatur ſic. † quia ſunt ſcripti

ab

ab officialibus ex publico ad id deputatis. ut. d. l. in fraudē. &c. l. quoties. ff. de iure fiſci. &c. d. Authen. ad hæc. & dixi in proximo pręcedenti euidentiali. Item ſcripti ſunt per Datiarios, hoc eſt Theſaurarios ipſius Cōmunitatis, uel per eos qui auctoritate publica communitatis terræ Valentię deputati ſunt, electi ad recipiendum collectas uel gabellas uel pecunias ipſius terrę Valentię, uel ad conficiendum ſcripturas ipſius Communitatis. Vnde tales officiales electi ex publico, faciunt ſcripturam authenticam, & probantem ubique, etiam extra territorium. doctr. not. eſt glo. Barth. Bald. & Ang. in. l. quidam. §. nummularios. ff. de eden. nam ideo illis nummularijs & argentarijs, de quibus in d. §. nummularios. & in. l. argentarius. dabatur plena fides, quia publica authoritate dicti eligebantur, ut ibi not. in glo. Vnde quod ibi dicitur de argentario & nummulario, id hodie habet locum in quocunque officiali qui authoritate publica eligeretur, ut eius ſcriptura ſit authentica. & fidem faciat, quod uoluit glo. ibidem, ut ſupra dixi. & Barth. & Bald. & Ange. hoc idem uoluit dominus Anto. de Butr. & Ioan. de Im. in. cap. 1. ext. de fi. instrum. Quod autem ipſi libri confecti ſint ab officialibus publicis, & electis ad recipiendum pecunias & collectas, &c. patet ex ſubſcriptionibus librorum, quibus in hoc eſt credendum, propter antiquitatem, ſicut dicimus in inſtru
9 mento † confecto de antiquo: quia non eſt neceſſe probare quòd tabellio qui illud dicitur rogaſſe, fuerit tabellio. Bal. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſi. Ex alio etiā danda eſt publica fides dictis libris, cùm ſemper cuſtoditi ſint in ſacriſtia publica ipſius Communitatis, & extracti ſint per of-
10 ficialem ibidem deputatum: unde † ille locus publicus dat publicam authoritatem ſcripturę, quando bene & diligenter eſt cuſtoditus, & quando illa ſcriptura habet teſtimonium officialis ibi pręſidentis archiuio. d. c. ad audientiā. de pręſcrip. Bal. & Bar. de Saly. in. l. comparationes. C. de fi. instrum. Ant. de butr. & Ioan. de Im. in. d. c. 1. 2. 3. 4. extr. de fi. inſtrum. & Bal. egregiè in. d. c. ad audientiam. qui dicit not. probationē fieri per libros antiquos bene cuſtoditos, & ſine macula repertos. Vnde eleganter inquit ipſe Bal. in c. 1. in fi. ext. de fi. inſtrum. quòd ſumptum ex archiuio publico ex authoritate

officialis

officialis ibi deputati facit fidem contra omnes propter authoritatem archiuij, etiam aliquo non citato, & eſt dictum not. Hoſtien. & Ioan. And. in c. cum cauſam. in fi. ext. de probat. Quod autem ex ipſis libris probentur confinia per Syndicos communitatis Valentiæ electos. primùm apparet ex libris in quibus deſcriptę ſunt omnes uię publicę exiſtentes extra terram Valentiæ, & quæ ſe extendunt quantum durat territorium Valentię, per quas uias publicas ſolent diſtingui & diffiniri fines territoriorum & di ceceſſum, & uocantur confines patentes, quemadmodum & per flumina & montes. Et per Bal. in c. ex literis. ext. de probat. ibi. Quęro utrum flumina, & per eundem Bal. in c. 1. §. ſi quis de menſo. de controuer. inueſtit. in uſi. feud. ibi. Sed nunquid incrementum alluuionis ibi, aliquę ſunt uiæ regales.

Secundò probantur ipſi confines ex libris ſquadrarum factarum per hominem terræ Valentię de toto eorum poderio, ex quibus manifeſtè apparet ultimam eorum ſquadrum extendi uſque ad fines per eos deſignatos, quæ etiam ſquadrę procedunt ſecundum diſpoſitionem iuris communis, nā
11 cenſitores † & perąquatores deputati ad conficiendum æſtima uniuſcuiuſque perſonę debent uniuerſum territoriū cenſere, conſiderando ſecundum quod plus uel minus ualet. l. omne territorium. C. de cenſi. & perąquat. lib. 11. in huiuſmodique conſideratione diuiduntur territoria per ſquadras, ut territorium unius ſquadrę plus uel minus ualeat quam territorium alterius ſquadræ. Nec obſtat pręmiſsis, ſi dicatur, non eſt probatum quod corpora terrarum & poſſeſsionum quę nunc poſsident homines terrę ſancti Saluatoris in dictis ſquadris, ſint illa de quibus mentionem faciunt dictę ſquadrę, antiquę, & per conſequens dictę ſquadrę non probant, cum ſimus incerti de corpore, arg. eorum quę not. Bar. in l. demonſtratio falſa in fine ſui apparatus. de condit. & demonſt. Nam huic difficultati breuiter reſpondetur, quod illi libri ſquadrarum inducuntur, non ad probandum territorium uniuſcuiuſque perſonę particularis, ſed ad probandum uniuerſitatem agrorum contentorum in illis ſquadris. Vnde ſufficit habere principium, in quo inſpicitur ſquadra, & finem in quo deſinit, nam illi ſunt duo confines qui demonſtrant uniuerſitatem agrorum contentam in illa ſquadra, quem-

quemadmodum dicimus, quod duo confines ponuntur ad demonſtrandum corpus uniuſcuiuſque rei.l.forma.§. 1.ff. de cenſi.

Tertiò probantur ipſi confines, ex libris regiſtrorum antiquorum, & nouorum, per communitatem terræ Valentiæ productis, in quibus manifeſtè apparet in regiſtris terræ Valentiæ diuerſis temporibus confectis, quæ poſſeſsiones iacēt infra confinia per ipſos de terra Valentię demonſtrata. Licèt
12 enim† ex conſignatione facta in libro regiſtri, per ipſum librum non probetur neque dominium, neque poſſeſsio regiſtrantis, in præiudicium tertij qui ſe aſſerat dominum & poſſeſſorem petiæ terræ regiſtrare.l.quæ quis.propè fin.ff.de acquiren.rer. domin.& per Bal.in.l.ſi pater.C.de actio.emp. & in.l.ſolemnibus.per eundem.C.de rei uendicat.& in.l.qui dam in ſuo.ff.de condit.inſtit.& habetur in.l.cenſualis.C.de donation. & in.c.ad audientiam.ext. de præſcrip.ex ipſis tamen libris regiſtrorum probatur, quædam iuriſditio & ſuperioritas ſuper re regiſtrata ipſius communitatis, in cuius regiſtrorum libris deſcriptæ ſunt illæ res.nam obligat ſe regiſtratus ad ſoluendū onera per illam communitatem impoſita.l. incola. ubi.tex.glo.& doct.ff.ad munic. ratione enim regiſtri imponuntur onera, taleæ, & cenſus in rebus regiſtratis, ex
13 †quibus ſignum ſubiectionis oſtenditur.c.cum uenerabilis. ext. de cenſi. Bal. in terminis, in.c.fin. in fi. de cau.poſſeſ. & propriet. ad quod faciunt not. egregie per Innocen.in.c. dilecto.ex.de offi.archid. non impoſitio collectarum eſt iuriſditionis.c.1.quæ ſint regal. Alber. in.l.fin. ubi optime.C.de iuriſd. omn.iudi. Bal.in.l.3.in. prin.C.de natural.liber.

Quartò probantur optimè confines deſignati per communitatem Valentiæ, per libros proceſſum, inquiſitionum, accuſationum, & condemnationum factarum per officialem terræ Valentię in homines de ſancto Saluatore, & alios forenſes, qui deliquerunt ſuper territorio deſignato intra confi-
14 nes allegatos per illos de valentia ex iſtis† enim actibus iuriſdictionalibus factis contra eos, maximè forenſes, qui deliquerunt in territorio aliquo probatur territorium eſſe de iuriſditione illius ciuitatis uel caſtri, cuius officialis actus illos exercet. Limites enim iuriſditionis ſunt ſecundum limites territorij, & econtra.tex.& ibi Bal.in.l.3.C.ubi & apud quos. facit.

cit.l.fin.ff.de iuriſd.omn.iudi. Nam,niſi delictum eſſet commiſſum in territorio Valentiæ,non poſſet officialis Valentiæ contra criminoſum forenſem qui ſibi non eſt ſuppoſitus,iuriſditionem aliquam exercere.l.1. & Authen. Qua in prouincia.C.ubi de crimi.agi opor.iuriſdictio enim eſt in territorio tanquam in prædicamento, ubi: in iudice,tanquam in prędicamento Agere in criminoſo,tanquam in prædicamento,Pati.Bal.in.l.1.§. cum urbem.ff.de offi. præf.urb.& per eumdē aliquid.C.ubi & apud quos.& alibi in tit.de pace Conſtan. dicit, quò iuriſdictio ſtat ſupra territorium, ſicut nebula ſtat ſuper terram. ita dicit ipſe in tit.de pace Conſtan. Et aduertendum, quòd per ipſos libros non ſolùm probatur proceſſus uerbalis factus contra criminoſos delinquentes in territorio allegato ſed etiam probatur executio realis. Hęc dico, ne uideantur obſtare ea quę innocen.not.in.c.olim.il.2. de reſtit. ſpoliat. & Bal.illum allegans in.c.ſacramentum.de
15 conſuet.re. feu.ubi dicit † quòd iudex per proceſſum factum contra criminoſum,non dicitur acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, quia non poſsidet niſi labia ſua:ſed requiritur actus exequutiuus facti,puta,captura pignorum,deſcriptio bonorum &c. Præterea poſſet aliter reſpōderi illi not. Innocen.in.d.c.olim.& Bal.in. d.c.ſacramentum.quia procedit in eo qui uult acquirere quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis in aliquo territorio, quam non habet.nam tunc bene requiritur actus executiuus: in caſu uerò noſtro non agimus de pręſcribenda aliqua iurisdictione exiſtente penes Cōmunitatem aut homines ſancti Saluatoris: ſed dicimus fines terrę Valentię protendi uſque ad tale & tale territoriū. Ad quod probandum inducimus libros inquiſitionum,accuſationum, & condemnationum, &c. Ex quibus apparet iudicem exercuiſſe iuriſdictionem intra illud territorium, &,ut in ſuperioribus dixi,limites territorij limites iuriſditionum limitant,& econtra.d.l.1.§. cum urbem.ff. de offi. præf. urb.&.d.l.1.C. ubi & apud quos.Et ſic manifeſtè probatur,territorium terrę Valentię protendi uſque ad illum locum uſque ad quem apparet eius officialem iuriſdictionem exercuiſſe.

Quintò ad probandū confines deſignatos per illos de Valentia, pręſtant apertiſsimum argumentum,probationem, & adminiculum libri incantuum,& uenditionū, & bannorum,

quę

quę ſiunt propter damna data in territorio terræ Valentię, nam talia bāna de damnis datis cadunt in accuſationem cri-
16 minalem †, cum pœna ueniat applicanda fiſco communitatis: quod apparet, quia communitas uendit exactionem huiuſmodi bannorum. glo. eſt in. l. pretor ait: in prin. ff. de ſepul. uiol. & ibi Bart. dicens omnes tenere illam glo. & eſt tex. in. c. tuę. ex. de procurat. Ant. de butr. in rubr. ex. de iudici. Cauſa enim eſt criminalis cum pœna eſt applicanda fiſco. ut iur. alleg. Cum ergo pœna quæ exigitur ex damnis datis in dicto territorio, fuerit exacta ab officialibus terrę Valentię, & ratione illius pœnę fuerit inſtituta accuſatio criminalis, manifeſte apparet territorium illud eſſe ſuppoſitum iuriſdictioni terrę Valentię, aliàs pro damnis datis illi de ſancto Saluatore ibi ferenſes non poſſent conueniri in terra Valentię, nec ciuiliter, nec criminaliter, ut in ſupra allegatis dixi circa proceſſus cauſarum criminalium.

Sextum adminiculum ſumitur ex captura eorum hominū qui capti ſunt per homines Valentiæ tempore guerræ uigentis inter Illu. D. D. noſtrū, & illos de Becharia. Cū enim probetur ipſos fuiſſe depræhenſos in territorio exiſtenti intra confines deſignatos per communitatem & hominos terræ Valentię, & eſſe ductos ad officialem ipſius terræ Valentiæ, fuiſſeque incarceratos, & eſſe factam in eos executionem: clariſsime probatur, illud territorium eſſe terræ Valentię. Nam in territorio Sancti Saluatoris, quod non erat in guerra, cum ſubeſſet & ſubſit Illu. D. Marchioni Montisferrati, non potuiſſet fieri talis captura hominum per illos de Valentia. Nec obſtaret quòd talis captura nō appareat facta per magiſtratum terræ Valentiæ, ſed per priuatas perſonas, quia hoc nō nocet, cum dictæ priuatæ perſonę captos poſtea ad magiſtra
17 tum duxerint. Licitum † enim eſt cuilibet malefactorem capere, dummodo poſtea illum ad iudicem ducat. l. Capite quinto, & ibi not. ff. ad leg. iul. de adult. & maxime in furibus, & de latronibus ſtratarū. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. Ang. not. in repet. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. qui
c in terminis hoc decidit. c

Septimò quidem præmiſsis opitulatur. nam iuſdicens terræ Valentię transduci fecit cadauer illius mulieris mortuæ in loco à teſtibus deſignato ad locum terræ Valentiæ. & eo

B maxi-

maxime,quòd mulier interfecta fuerat, à, marito eius de terra. S. Saluatoris. nam niſi locus in quo fuerat homicidium commiſſum, fuiſſet de territorio Valentię, non pertinuiſſet ad iuſdicentem terræ Valentię deferri facere cadauer illud ad terram Valentię, quia ad illum non pertinuiſſet cognitio illius criminis: non uirtute malefactoris, qui erat de terra Santi Saluatoris: non ratione territorij, ſi fuiſſet comitatus
18 terræ Sancti Saluatoris. hęc † duo enim ſunt propter quę ius dicens in criminoſum iuriſdictionē habet.l.1.&.2.&. Auth. qua in prouiucia.C.ubi de crim.agi. opor. nulla ergo alia ratione iuſdicentem terrę Valentię dici poteſt fuiſſe motum ad hoc peragendum, niſi quia locus ille perpetrati homicidij ſubiectus erat iuriſdictioni terræ Valentię.congruit enim optimo præſidi prouinciam ſuam malis hominibus purgare.l. congruit.ff. de offi. præſi.

Octauò horum confinium optima probatio eſt ex monumentis & ſignis antiquis quę apparent in croſſa baſſoti.mo-
19 numenta† enim, hoc eſt termini in finalibus quæſtionibus maximam afferunt probationem.l.in finalibus.ff.fini.regun. l.2.C.eo.tit. Quodque ille ager, terraue habēs circumquaq; foueas ſit monumentum & cōfinis antiquus territoriorū,terræ Valentiæ,& terræ Sancti Saluatoris, primū demonſtrat euidentia facti,quia ab utraque parte ſunt foueæ & ager terræ medius, quòd proprie ſignum eſt limitis, cum proprie limes ſit quædam latitudo & longitudo, ſpatium à ſpatio diſtinguens:& quòd in medio utriuſque foſſati eſt,limes eſt,qui eſt communis utriuſque partis.hæc ſunt uerba Innocen.in.c.ſuper eo.ex.de paroch.Et cum foueæ illę hinc inde,& ager appareat manufactus, nec ipſius appareat memoria in contrarium, ſtatur teſtibus qui deponunt de auditu auditus, ſicut deponunt teſtes de Valentia.l. ſi arbiter. ubi tex. & glo.ff.de probat.l.2.§.idem Varus.&.§.idē Labeo. ff.de aqua pluu.arcen.Et ꝙ dicta croſſa baſſoti ſit limes medius territorij Valētiæ,ꝓbatur optime ex eo, qa huiuſmodi foueæ ſolēt cōmuniter pro limitibus apponi.l.riparū.ff.de rer.diuiſ. per Bal.& Bar. ff. de fun.inſtruc. & inſtrū. leg.l.ꝑdia.§.ita legatū.& ibi in glo. Qui limes probatur etiam ex libris antiquis, & alijs adminiculis de quibus dixi ſupra. quem limitem probat euidentia facti,cum(ut intelligo)poſtea directe ſe protendat, dīuiden-

uidendo ſemper fines unius territorij ab alio,& licèt non ap
pareant media ipſius limitis in omnibus partibus, tamen ap-
parent principium & finis, ex quibus etiam probantur me-
dia.l. Celſus. ff. de uſucap.

Nonò,ſuperior limes probatur per libros antiquos terræ
20 Valentiæ†.ex quibus probâtur ſolutiones factæ laboratori-
bus de Sancto Saluatore, qui pro exigenda dicta foſſa baſſo-
ti laborauerunt, quod affert maximam & euidentem conie-
cturam, quòd uel dicta foſſa baſſoti ſit limes medius territo
riorum diuiſionis,uel ſaltem ſit hominum & comitatus terræ
Valentiæ,neque in alienis agris,aut territorijs laborari face-
re conſueuimus.

Decimò, uehemens eſt admodum probatio, cuſtodia fa-
cta per homines de valentia ſuper podio doglolarum: nam
21 † ille dicitur poſsidere rem aliquam, qui illam cuſtodit, uel
cuius nomine cuſtoditur.l.quarundam.ff.de acq.poſ.Bal.ad
literam in terminis noſtris, in.l.traditionibus. circa prin.ff.
de pact. ubi dicit,quòd ille dicitur poſsidere Rocham,cuius
nomine illa cuſtoditur.& eſt glo.in.§.3.in prin.Inſtit.de ac-
quir.poſſeſ.Cum ergo in monte illo deglolarunt appareat cu
ſtodia facta per homines de valentia, apertiſsime dicendum
eſt,locum illum ab ipſis hominibus valentiæ poſsideri.

Vndecimò probantur etiam confines propter banna ge-
neralia facta per Poteſtatem terræ Valentiæ,& miſſa intima
ri per eundem Poteſtatem hominibus Sancti Saluatoris, per
22 mediam perſonam Poteſtatis eorum. nam † ex ipſis bannis
acquiritur generalis iuriſdictio.Innocen.in.c.2.ex.de capel.
monach.

Duodecimo probantur fines & territorium terræ Valen-
tiæ circa pontem Andæ, primò ex libris ſquadrarum,de qui
bus dixi:de quibus inter cætera apparet ſquadra una territo-
rij quæ incipit,De uerſus valentiam,& protenditur ultra ri-
uum Andæ, uerſus Lazaronum.

Tertiodecimò optimum argumentum & adminiculum
eſt, quia agri exiſtentes tam ultra pontem quàm citra pon-
tem Andæ,ſunt agri illorum de valentia, regiſtrati & æſtima
ti in regiſtro terræ valentiæ: ex quibus apparet illos eſſe de
territorio & iuriſdictione terræ valentiæ, ut in ſuperioribus
dictum eſt. Quin, plus audeo dicere,quòd locus ipſe,in quo

decurrit flumen Andæ, eſt priuati iuris hominum de valentia, cum ab utriſque ripis habeant agros in fronte. l. 1. ff. de flumin. & ibi glo. in. §. fluminum. Publica enim flumina ſunt perennia, cætera uerò dicuntur priuata.

Quartodecimò probatur, fines hominum terræ Valentiæ protendi ad pontem Andæ & ultrà, eo quia ex libris antiquis probantur expenſæ factę circa conſtructionem dicti pontis quæ expenſæ apparent factæ quatuor uel quinque diuerſis temporibus: ex quo apparet pontem ipſum eſſe communitatis & hominum terræ Valentię. Neque enim ſi fuiſſet terræ & cōmunitatis Sancti Saluatoris, eſſet ueriſimile eos de Valentia expenſam aliquam feciſſe, immo nec ei licuiſſet prohibentibus hominibus Sancti Saluatoris. nam in re mea nemini licet facere aliquid, nec etiam in ipſam ingredi, me inuito, l. Diuus. ff. de ſeruitut. urban. prędi. l. iniuriarum. §. ſi quis. ff. de iniur.

Quintodecimò probantur confines circa pontem Andę, 23 quia apparet aliquos dę Valentia ibi collectaſſe: † qui actus collectandi eſt iuriſdictionis, & ſic oſtendit territorium, ut in ſuperioribus dixi.

Sextodecimò aliud & uehemens adminiculum eſt, ſcul-24 ptura literarum appoſita in eccleſia Sancti Laurentij. nam † iſtis ſcripturis factis in marmoribus maxime creditur, præſertim circa confinia probanda, uel aliqua priuilegia eccleſiæ, uel hiſtoriam Sācti alicuius. 24. q. 5. c. ſanè. il. 2. & diſtinc. vi. c. habeo librum. glo. & doct. in. c. cum cauſam. & ibi per glo. & Bal. ex. de probat. Quando autem non contineret aliquod uerisimile, tunc ei non crederetur. ita debet intelligi quod not. Bart. in. l. monumentorum, & ibi per glo. C. de religi. & ſump. fun. & in. l. uel quæ. ff. eo. tit. & per Specul. in tit. de probat. §. uidendum. uerſ. nono.

Decimoſeptimò probantur confines ex infinitis inſtrumentis productis per ipſos de terra Valentiæ, li. ėt enuntia-
d tiuè fiat mentio ipſorum confinium. *d* Nam talia uerba
25 † enuntiatiua in eis probant confinia. gl. no. in. c. cum olim. ex. de cenſ. glo. Ioan. And. in. c. ſi papa. de priuil. lib. vi. glo. in. l. prædijs. §. Titio. ff. de leg. 3. glo. in. l. cum aliquis. C. de iure deliber. etiam ſi de finibus agatur principaliter, ut uult glo. in. d. c. ſi papa. Et eſt ratio ſecundum doct. maxime Ge-

minia-

minianum ibidem, quia in probatione confinium non requiritur directa probatio,ſed ſufficit probatio adminiculata per ueriſimilia adminicula, quæ adminicula inducuntur per huiuſmodi uerba enunciatiua.tex.cum glo.in.d.c.cum cauſam. ex.de probat.& generant huiuſmodi plura inſtrumenta quãdam communem famam quæ inſurgit ex opinione circũm colentium.l.1.§.1.ff. de flumin.l.cum de lanionis.§.aſinam.
26 ff.de fun.inſtr. Ex qua † communi fama bene probantur con
e fines. e ita Bal. & Alber. in.d.l.cum aliquis.nec habent contradicentem. Sed fuit dictum primo loco Ioan. And. in.c. non licet. de reg. iur. in Mercurial.Nam fama in antiquis factis uidetur plene probare, ut uoluit Innocen. in.c.ueniens. & in.c. quid ſit per nouale.ex.de uer.ſignif. faciunt not.in.l. at qui natura.§.cum me. ff. de negot.geſt.Bar.in.l.de minore. §.tormenta. ff. de quęſt.Nam in factis multùm antiquis
27 † opinio generalis, & communis fama habentur pro ueritate.ita Bal.in.l.conuenticulam.in uerſ. ex ijs igitur infero.C. de epiſc. & cler.Item quia communis fama & opinio inducitur per talia inſtrumenta & ſcripturas.

Illud etiam circa præmiſſa eſt aduertendum, quòd in ijs
28 factis antiquis † magis creditur ſcripturæ,quàm teſtibus.
f f glo. no. in.c.tertio loco. ex.de probat. tex. & gl.in.l.cenſus & monumẽta.ff.de probat. Nam cum hominũ memoria ſit labilis.l.peregre.in prin.l.ſi id quod.ff.de acquir.poſſeſ.& prima in qua ſenectus incurrat, ut uult Seneca in procemio Declamationum, maior eſt fides adhibenda ipſis ſcripturis antiquis, quàm uoci uiuæ. facit ad præmiſſa,quod not.in.l. 3.§.duæ cauſæ. ff.ad Carbonia.

Tandem & ultimò, confines allegati per homines valentiæ optime probantur per teſtes parte eorum productos,
g g qui optime & clare deponũt fines protendi iuxta locũ deſignatum per homines valentiæ,quorum licèt aliqui de auditu, & de communi fama deponant, tamen eorum probatio
29 plena eſt, & ualida. Quia † in ijs factis antiquis admittitur dictum teſtis probantis de auditu auditus. Archid.in.c.inter memoratos. 16.q.3.doct.in.d.c.cum cauſam.ex.de probat. glo.& doct.in.l.ſi arbiter.ff.de probat. & in.d.l.2.§.idem varus.& Bal.in.d.l.conuenticulam. Qui teſtes cum habeant adminicula tot ſcripturarum antiquarum,clariſsimas probatio

nes

nes faciunt.arg.l.ſi quis ex argentarij:. §.1.cum ibi no.ff.de eden. Ex quibus omnibus,cum tot concurrant directæ probationes,de quibus ſupra dixi,tot adminicula ſcripturarum antiquarum, teſtium probationes apertiſsimæ, quis ſani capitis iudex non fatebitur intentionem communitatis & hominum terræ Valentiæ probatam non eſſe?

Sed tunc contra premiſſa adducitur: nam cum ipſi libri aſſertiue non probent confines, ſed immo enuntiatiue,& hoc caſu de enuntiato principaliter agatur, ipſi libri non facerēt fidem. nam licēt credatur libro, uel inſtrumenro in uerbis
30 enuntiatiuis,† quo ad ualorem actus qui principaliter geritur.l.optimam. C.de contrahen. & com. ſtipulat, & in c. illud.ex.de præſumpt. non tamen creditur ſi ille actus principaliter in iudicium deducatur. ita Ant. de butr. in. d.c.illud. Cum ergo in caſu noſtro principaliter agatur de finibus,certè illi libri enuntiatiue de finibus mentionem facientes,non faciunt probationem in hoc.d.c.illud.iunc.glo.3. &.4.

Huic argumento colorato poſſet reſponderi primū,quòd plures ex ipſis libris diſpoſitiue probant ipſos confines: puta,liber uiarum, liber ſquadrarum, liber regiſtrorum, liber condemnationum, liber incantuum. Vel ſecundò dico, quòd argumentum illud procedit in factis de propinquo, & ubi ageretur de graui preiudicio: ſecus in factis de longinquo,ut per doct.in.d.c.cum cauſam.ex.de probat.vel,& tertiò reſpondetur, quòd illum dictum non habet locum in cōfinibus probandis. & hoc uoluit glo. d. c. ſi Papa. de priuil. lib.vi. quæ ſentit hanc difficultatem, & glo. in.c. cum olim. ex.de cēſi.& huius redditur ratio per doct. maxime Domin. de San.Gemin.in.d.c.ſi Papa.quia in probatione confinium admictatur probatio quæ fit per adminicula.d.c.cum cauſam.ex.de probat.& in.c.ſuper eo. ex. de paroch.quæ adminicula inducuntur per illa uerba ēnuntiatiua: ita inquiunt doct. ibi. & eſt caſus in. d.c. cum cauſam. & in.c.ad audientiam.ex.de præſcript.Item illa adminicula inducunt communem opinionem,& famam, ut ſupra dixi.

Non obſtat quod dicebatur quòd teſtibus illorum de Valentia non erat danda fides,quia agebatur de maximo honore & comodo communitatis. Item & eo caſu quo eſſent admittendi, non erat eis plena fides danda, allegatur not. Ar-

chid.

chid. 14.q.2.c.ſuper prudētia. Quia iſtis reſpondetur, quòd
31 doct.noſtri qui mouent hanc difficultatem, † an teſtibus de
uniuerſitate ſit credendum in factis uniuerſitatis.in.l.in tan-
tum.§.uniuerſitatis.ff.de rer. diuiſ. Cyn.& Bal.in.l.parentes.
C.de teſti. Canonis.in.c.cum nuntius.ex.de teſti.Ang.in.l.ſi
municipes.ff.quod cuiuſq; uniuerſ. nom.ita diſtingunt. Aut
in cauſa uniuerſitatis agitur talis cauſa quæ poſſet ſpectare
ad commodum ſingulorum, ut quia agitur de aliquo magno
nemore communitatis, uel de aliqua magna pratorum quan
titate, in quo nemore unuſquiſq; de uniuerſitate poteſt inci
dere ligna, & in prata mittere beſtias ad paſcēdum: & hoc ca
ſu illi de uniuerſitate non admittuntur, quia agitur de pro-
prio commodo ſingulorum, Aut agitur talis cauſa quæ non
concernit commodum ſingulorum, ut quia agitur de fini-
bus, uel de iuriſdictione, ſicut in caſu noſtro, tunc quilibet de
uniuerſitate bene poteſt eſſe teſtis, & ita Bal. ad literarum in
terminis noſtris in.d.§.uniuerſitatis. Item & probo, maxime
iſtis teſtibus productis parte illorum de Valentia eſſe creden
dum, quia eorum dictum adiuuatur adminiculis tot librorū,
& ſcripturarum antiquarum, tex. optimus in ſimili, & ibi Bal.
& Ang.in.l. ſi quis ex argentarijs.§.1.ff.de eden. Vnde dicit
32 ſing. ad ptopoſitū Ant. de but. in.c.ſeries.ex.de teſt. Quòd †
ubi aliàs non admittuntur teſtes poſt publicata dicta eorum
propter timorem ſubornationis, hoc tamen fallit, quando
inſtrumentum cum alijs teſtibus producatur, quia tunc ceſ-
ſat timor ſubornationis.

Non obſtat quod dicebatur, quòd teſtes de Valentia erāt
inimici ipſorum de Sancto Saluatore, & per conſequens non
deberent admitti eorum teſtimonia. Auth. ſi dicatur, & in
33 corpore unde ſumitur. C. de teſti. Quia reſpondeo, † quòd
non omnis inimicitia repellit teſtem, ſed tantùm grauis & ca
pitalis, glo.in.l.3.§.1.in uer. inimicitiæ.ff.de teſti. Et capi a-
lis dicitur duobus modis, ſiue quis alicui minatus eſt mortē,
ſiue aliquem de crimine capitali accuſauit. §. ſi uer ò aduer-
ſus.in Auth. de teſti. & ibi glo. & glo.in l. licet. ff.de arbitr.
quam inimicitiam capitalem eſſe inter teſtes qui depoſuerūt,
& cōmunitatem Sancti Saluatoris, non eſt probatum. Item,
ſi eſſet aliqua inimicitia capitalis, hoc proueniſſet facto illo-
rum de Sancto Saluatore, quòd nō debuiſſet poſſe ſubtrahere
faculta-

facultatem probandi hominibus terræ Valentiæ, Bar. in l. 1. §. cum quis. & ibi uidetur tex. ff. de quæſt. Bal. in d. Authen. ſi dicatur. C. de teſti. Itē ſi qua eſt inimicitia ex aggreſſura hinc inde facta inter ipſas communitates, illa facta fuit poſtquam teſtes depoſuerunt.

Reſtat vt tollatur quoddam fundamentū partis aduerſæ, quæ facit ſibi fundamentum in duabus moretis repertis ſuper monte deglolarum, quas communitas Sancti Saluatoris aſſerit eſſe monumenta confinium: ſed certe iſtud eſt fragile fundamentum, quod ex probationibus illorum de Valentia manifeſte eliditur: primum cum appareat illos montem illum cuſtodiri feciſſe. Item cum ſit probatum illos tenere prædia longe ultra montem illum. Item illæ moretæ ſi ſunt monumenta, ſunt finium agrorum priuatorum, & non publicorum: quia ſi eſſent monumenta finium publicorum, eatenus ſe extenderent, quatenus protendit territorium. ut per. Aret. in c. ſuper eod. de paroch. quod non facit. ergo &c. Præterea nec in hoc obſtat, quòd electi ſint agrimenſores qui cognoſcere deberēt: an illæ morete eſſent territorij diuiſoriæ, vel ne: quia agrimenſores illi inter ſe diuerſa iudicia tulerunt, vnde eorum iudicium nihil valet, ſicut dicimus in pluribus
34 arbitris, † quorum ſententiæ diuerſæ nihil valent. l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbitr. Item, nec vni ſoli perito in arte eſt credendum, in Authen. de non alien. §. quod autem. Bart. & Bal. in procem. digeſt. & Bal. in. c. cauſam matrimonij. ex. de probat. Item, ut intelligo, agrimenſor acceptus ex parte communitatis ſancti Saluatoris uariauit, unde dicto ſuo non
35 eſt ſtandum, arg. l. qui varia. ff. de teſti. Item aduertendū eſt † quia agrimenſor bene aſſumitur in actione finium regundorum circa menſuram faciendam, puta, ut det decem iugera terræ uni, & quinque alij, & in hoc aſſumitur iudicium eius. nam in hoc tantùm peritus eſt. Sed quod credatur agrimenſori utrum ille ſit terminus diuerſorium cōfinium terræ Valentiæ, nec ne, hoc nō uerſatur in peritia artis eius, ſed uerſat̄ in facto. Et licet uerſetur aliqua peritia agrimenſoris circa quoſdā lapides qui ponuntur in ipſis confinibus, utrum recte uel pindirectū ſe protendant dicta confinia, tū quod illa ſint confinia territoriorum, uel agrorum, hoc non ſtat in iudicio nec in peritia artis eius. Ita uolunt doct. ſi bene ad eos aduer

tatur

tatur, in c. quia indicante. extr. de præſcript. immo ſi ambo Agrimenſores concordaſſent, cũ eorum ſententia appareat iniqua, ex tot adminiculis & probationibus ſuperius adductis, ideo citra ullam appellationem corrigeretur, l. arbitrio. & ibi Bar. Bal. & Ang. ff. qui ſatiſd. cogan.

Secundò non obſtat fundamentum illud quod pars illorum de ſancto Saluatore facere uidetur circa confinia probanda circa pontem Andæ, dum uidentur produxiſſe quoſdam teſtes, qui deponere uiſi ſunt exactum fuiſſe pedagium in dicto ponte per caſtellanos ſancti Saluatoris. Nam primò, illi teſtes ſingulares ſunt in eorũ dictis, & nihil concludẽtes, immo falſitas alicuius eorũ manifeſtè detegitur. nam primò quidã ex familiaribus terræ S. Saluatoris interrogatus an exegerit pedagiũ in loco pontis Andæ, reſpondit ꝙ ſic. Deinde interrogatus, à quibus, dicit ꝙ à talibus, & à talibus mercatoribus terræ Valentiæ, qui poſtea producti in teſtes expreſſè dicunt oppoſitum, qui ſunt quatuor uel quinque numero,
36 notabiles mercatores, & homines † quos non eſt ueriſimile deierare, cum de nullo eorum particulari comodo agatur, cùm iã ſemel ſoluiſſent, quia aut debuerunt ſoluere, aut non, & in utroque caſu, quo ad proprium eorum comodum ſatius fuiſſet illis deponere quod ſoluiſſent. nam ſi debuiſſent ſoluere, ſoluendo, feciſſent quod debuiſſent: ſi non debuiſſent ſoluere, haberent cõditionem indebiti. Vnde magis credendũ eſt ipſis ut notabilibus perſonis qui dicunt ſe non ſoluiſſe. nam iſti famuli iſtorum Caſtellanorum, maximè caſtrorum & uillarum communiter ſunt uiles & abiectæ perſonæ,
37 quibus † non ſolet credi niſi mediãte tortura. l. 1. poſt prin. & l. ex libero. ubi per Bart. ff. de infam. & in. §. ſi uero ignoti. in Auth. de teſti.

Sed, ſine præiudicio ueritatis, præſupponamus teſtes ipſos plenè probare, fuiſſe exactum ibi uectigal per officiales ſancti Saluatoris, non tamen concludunt, quod ideo exactum fuerit quia territoriũ illud ſit territorium ſancti Saluatoris: immo, ut intelligo, ideo ſoluitur ibi uectigal, ſi quod ſoluũ eſt, quia in ſuperiori parte aliquid tangitur de territorio ſancti Saluatoris: & neceſſe eſt quod tangentes ueniant ad illũ locum. Preterea, cùm ex infinitis & multis indicijs, de quibus ſupra dixi, appareat territorium illud & citra & ultra pontẽ

Andæ eſſe de finibus terræ Valentiæ, & ipſos ponere collectam circa prædia quæ ibi extant, homines de ſancto Saluatore non poſſunt prætendere ſic acquiſiuiſſe ius collectandi ex præſcriptione. Nam homines terræ Valentiæ exercendo
38 unum actum iuriſdictionalem circa illud territorium † retinent omnem iuriſdictionem circa omnes alios actus iuriſdictionales.l.1.§. ſi quis hoc interdicto, & ibi per Barth. ff. de itin.actuq. prin. Innocen.in.c.2. de capel.monach.Ioan.de Imo.in.l.licitatio. §. earum.ff.de publican.facit.l. qui uſumfructum.ff.quib.mod. uſusfru.amit. Item ſi homines terræ ſancti Saluatoris allegare uolunt præſcriptionem aliquam,
39 oportet † quod allegent præſcriptionem tanti temporis cuius initij memoria non exiſtat, cum hæc ſeruitus habeat cauſam diſcontinuã.l.ſeruitutes.la grãde.ff.de ſeruitut.tit. gen. &. l.foramen.ff.de ſeruit. urb.prædi. & habetur in.l.2.C. de ſeruitut.& aqua.& maxime cum agant ipſi homines de Sancto Saluatore de formando quodam ius nouum exigendi uectigal in dicto ponte Andæ, tanquam in territorio Valentię, & requiritur ſcientia principis, ſecundum Bartholom.de Sal.&.D.Signorol.de homod.quem ipſe refert.in.l.2.C.noua uectig. imp.non poſ.Nam † requiritur ſcientia illius qui
40 ius illud exigendi uectigal concedere poteſt.l.2.C.de ſeruit. & aq.Conſtat autem ſolum eſſe principem illum.l.1.&.2.C. noua uectig. Imp.non poſ.& c.ſuper quibuſdã. ext.de uerb. ſignif. Vel ſecundum Bar. ſufficit ſcientia officialis Principis, ut ipſe refert in.l.ſi publicanus. in fi.ff.de publican.licèt Bal.aliter dicat in.c.1.quæ ſint regal.tamen ipſe Bal. in.l.2. C.de ſeruit. & aq. tenet id quod ſupra dixi ſecundum Sal. & D. Signor. quòd Principis ſciẽtia requiratur. In caſu autem noſtro non apparet de aliqua ſcientia principis, uel alicuius officialis terræ Valentiæ, aut hominum eiuſdem loci; igitur nullo pacto dicere poſſumus hoc ius eſſe præſcriptum contra principem uel homines terræ Valentiæ. facit optimè qđ not.Innoc.in.c.abbate.ext.de uerb. ſignif.ubi dicit quòd cõſuetudo non præſcribitur niſi contra ſcientes. Vel ſi uolumus dicere quod hic agatur de præſcribẽdo iure iam formato, competente Principi noſtro ad exigendum uectigal, uel competente ipſi communitati, non apparet de aliqua ſcientia Principis, aut ſuorum officialium, uel ipſorum de Valentia,

tia ſcientium, & patientium ipſos de Sancto Saluatore exigere uectigal ad dictum pontem Andæ, ſuper territorio Valentiæ; immo nec de hoc articulatum fuit, per conſequens non poſſunt illi de Sancto Saluatore ſe tueri aliquo iure præſcriptionis, circa exactionem uectigalis. d. l. 2. C. de ſeru. & aqua. licèt hoc ſit impertinens quo ad paſſum noſtrum, ubi ſolùm agitur de finibus. Quinimmo nec ipſi allegant ſe præſcripſiſſe, aut habuiſſe animum præſcribendi: ſed dicunt territorium ſe feciſſe ſuum.

Tertiò nō obſtat ſi dicatur ꝙ ipſi de Sancto Saluatore præſcripſerunt ipſos cōfines: quia poſtquā utraque pars confitetur fines ſemel fuiſſe diuiſos, & terræ Valentiæ, & terræ ſancti Saluatoris fines non poſſunt præſcribi. c. quia indicante. ext. de pręſcrip. c. quicunque. c. licet. & c. inter. 16. q. 3. facit. l. 1. C. de fun. limit. lib. 11. & licèt appareat illos de Sancto Saluatore poſſediſſe dictas poſſeſſiones intra confines longo, &
41 longiſsimo tēpore: † non ſequitur, ergo præſcripſerunt confinia: quia ſtat ſimul, quod illi de Valentia habent confines ſuos determinatos, qui ſunt impræſcriptibiles, & tamen teneantur per illos de Sancto Saluatore prædia intra confines illos.

Non obſtat quod allegant ipſi de Sancto Saluatore, prædia per ipſos poſſeſſa intra limites deſignatos ab illis de Valentia longiſsimo tempore non fuiſſe ab illis regiſtrata, nec pro illis longiſsimo tempore taleas ipſi Communitati in terra Valentiæ aliquas perſoluiſſe, & per conſequens ſe præſcripſiſſe, ut nō poſsint cogi ad regiſtrandum prædia. Nam huic argumento poteſt primò reſponderi, quod iſta allegatio eſt impertinens ad propoſitum noſtrum, quia in caſu noſtro agimus tantùm de probatione confinium, non autem de iure regiſtrandi, uel collectandi illos de ſancto Saluatore; & ideo nihil ad propoſitum noſtrum. Vel & ſecundò poteſt reſpon-
42 deri † quòd cum princeps habeat regalia in territorio ſuo, & poſsit ea quæ poteſt Imperator in uniuerſo, ratione quorum poteſt imponere collectas, ut in. c. 1. quæ ſint regal. in uſib. feud. quod huic iuri non ſoluendi collectas, quæ præſtantur ratione ſubiectionis, non poteſt præſcribi. l. compe-tit. C. de præſcr. 30. uel 40. annor. Vel & tertiò reſpondeo, quòd non poteſt allegari, nec eſt probata præſcriptio: qnia

non interuenerunt ea quæ requiruntur ad præſcriptionem li
43 bertatis non ſoluendi, † de quibus per Ang.in.l.hæc autem iura.ff.de ſeruit.urban.prædi.& uideatur Bal. C.de ſeruit. & aqua. l.1. in. q.illa,an poſsit pręſcribi ſolutioni cenſ s.hunc tamen paſſum plenè non examino, quia iudicio meo non pertinet ad propoſitum:ſed lata ſententia in fauorem Communitatis & hominum terræ Valentiæ, ut ferri debet, ſi hæc quæſtio tractabitur ipſam latiſsimè expediam.

Vltimò,quia illi de ſancto Saluatore uidentur allegaſſe ſe eſſe reos conuentos, & illos de Valentia eſſe actores: ſi quis aduerterit, totum eſt oppoſitum.Nam in hoc ultimo iudicio agitato coram ſpectabilibus dominis Agapito & Secundino, illi de ſancto Saluatore fuerunt illi qui primam productionẽ fecerunt, ex qua actores ſe facere uidentur. Videntur enim facere eas petitiones quas coram alijs iudicibus fecerunt: ui delicet coram ſpectabilibus dominis Raphaele, & Gugliel-
44 mo de Montilio. Relatum † enim eſt in referente.l. ait prętor.l.in ſumma.ff.de re iudic.Laſſe toto.ff.de hæred.inſtit. & oĩa acta poſſunt unico uerbo renouari,l.quæ oĩa.l.inuitum. ff.de procurat. Nec debet attendi prima petitio illorum de Valentia, facta coram dominis Raphaele & Guliel. quia fuit perempta inſtantia. l.cum lite mortua. cum ibi not. ff.iudic. ſolui. Item in hoc, iudicio meo, parum eſt curãdum quis ſit actor & quis reus, cum utraque pars prętendat ſe tenere & poſsidere intra limites per eam deſignatos,unde hoc caſu ſolum attendendum quis actor & quis reus, ut ſciatur quis debeat primo probare,& quis iurare, &c.non ut ſit dandus maior fauor uni quàm alteri. l. in tribus.ubi per doct. maxime Alberi.ff. de iudici.

ADDITIONES.

a IN *hoc iudicio*] Innocen.dicit, *a* quod ad agendum actione finium regundo non ſufficit poſſeſsio,ſine titulo,quod
45 D.Bal.dicit † intelligendum de titulo finium demonſtratiuo, non de titulo principali ut not.ff.com. diuid l. cõmuni diuidundo.§.inter prędones.Bal.ita not.in c.cum cauſam. ext. de probat. ubi not. ſecundum Innoc. quòd auctoritate canonis, aliàs ex iuſta cauſa conceduntur occupanti, quaſi

paria

paria ſint,in nullius bonis eſſe, & non apparere in cuius bonis ſint,nec appa ere poſſe.ut not.ff.de contrahen.empt.l.in lege.&.l. Rutilia. & ſic not. pro finibus ciuitatum & caſt orum,ut præſumantur eſſe illius qui primo occupauit,ut not. ff.de acquir.poſſeſſ.l.Rem quæ nobis. Situs etiam, & uicinitas,& aptitudo, ſicut actus ſunt argumenta dominij, ut not. inſtit.de rer.diuiſ.§.inſula.I em, conſuetudo , & o inio circumſtantium.ut not.ff.de flumin.l.1.§.1.Bal.in d.c.cum cauſam. ext. de p obat. quæ not. & ibi dicit quòd adminicula multum ualent in factis antiquis.per text. d.c.cum cauſam.

b *Ergo &cæt.* An autem fines, b uel territorium, ſiue curia probentur per inſtrumentum in quo continetur actum in tali lo

46 co,uel terri orio,† uel tali domo,not.per glo.in. l. cum aliquis.C.de iure deliberan.& ibi per Doct.Cyn.Bal.& Alberi. per glo.in l.optimam.C.de co trahen.& com.ſtipul.in.l.prędijs.§. Titio. ff.de leg. 3.ff.de origi.iur.l.2.§.ijſdem lib.ff.ad uel.l.Seia.§.mancipia.not.Ber.ext.de cenſ.c.cum olim. in. 1. glo. & ibi Dyn. per Ang.in.l.ſciendum. ff. de uerb.obligat.

Anto. Et dic quòd quędam ſunt inſtrumenta finium directiua,& inducunt noto ium actus permanentis . Quædam enuntiatiua,& illa faciunt adminiculum,ſed non plenam fidem ad intentionem fundandam,ſed ad coadiuuandam, ſic, ita intelligitur.l.optimam.cum ibi not.C.de cõtrah. & com. ſtipul.l.cum aliquis.de iure deliber.&.l.1.§.1.ff.de flumin.& in d.c.cum cauſam.ext. de probat.

c *Decidit.* Vide per c Bal.in c.cũ cauſam.ext.de probat.qui dicit,ꝙ per exercitia iuriſdictionum , & reddi us antiquos , & nauigia,& theloneá probantur confines antiqui , & poſſeſ-

47 ſio, ut ext. de † offic. archid. c. dilecte. & c. li. et cauſam. de probat.

d *Confinium.* Ex inſtrumentis d probãtur confines,licet enuntiatiuè in eis fiat mentio ipſorum confinium. Et dicit Bal. in c.

48 cum † cauſam. ext. de probat. quod in factis antiquis nulla eſt melio pro atio quàm probatio inſtrumẽtorum , ut not. ff. de proba . l. cenſus. quia recurritur ad memo iales antiquos, tanquam ad ſtipitem ueritatis.

e *Confines.* Quod per e famam probẽtur confines.Specul.in tit. de fama,§.1.uerſi. Quid ſi agenti.Bal.in c.cum cauſam. ext.

49 de probat.dicit,† quòd fama præſtat adminiculum,ſi tamen

eſſet

eſſet coniuncta cum conſuetudine, facit ius. ut not.ff.de negot.geſt.l.atque natura.§.cum me abſente.de rei uendic.l.iudicia. item fama actu ſuo perpetuo perſeuerans, nihil aliud eſt quàm notorium: Inn.de iuram.calum. in c.cum cauſam. ubi dicit Inn. quòd fama licet non probet, eſt tamen adminiculum.

f *Quam teſtibus*] In factis f antiquis magis creditur ſcripturis quam teſtibus, ſi tamen inſtrumenta reperiantur in loco ſolemni bene cuſtodita, uel quibus ex conſuetudine datur perpetua fides, ut in archiuo publico, & eccleſiarum codicibus, & plurima uera & indubitata continentibus, ſtandum eſt ipſis: & id quod eſt indubitatum facit ualere dubitatum. ut.ff. de eden.l.ſi quis ex argentarijs.§.2.ubi tex.not.Bal.in.c.cum cauſam. de probati.

g *Productos*] Per teſtes probãtur cõfines, g etiam de eo quod uiderunt in ætate decrepita, quæ, ut uulgò dicitur, redit ad

51 puerilem,† ut not.ff.de fi.inſtrum.l.fin.niſi languor corporis auferet conſilium mentis, ut not. ff.de teſti.l. in aduerſa. Bal.in.c.cum cauſam.ext. de probat.

SVMMARIVM.

1 *Actor quis dicatur in materia finium regundorum. & .9.*

2 *Productio iuriũ ĩ ſummarijs quomodo habeatur loco petitionis.*

3 *Ordo litis incipit cognoſci ubi primũ tractatur de meritis cauſæ.*

4 *Iudicium finium regundorum datur ex capite damni dati in confinibus.*

5 *Iuriſdictio & imperium fundamẽtaliter in hæret oſſibus Principis, nec ab eo. tolli poteſt quin remaneat ius ſuperioritatis, quod etiam præſcribi nequit.*

6 *Oppida an & quomodo poſſint habere iuriſdictionem.*

7 *Territoriũ iuriſdictione armatũ accipĩt, actiuè, paſſiuè, ſuppoſitiuè.*

8 *Iudicium finium regundorum ſapit proprietatem, uel quaſi.*

10 *Libris antiquis, cum alijs ſcripturis ſcriptis in lapide, & ſignis ſolitis, creditur de confinibus.*

11 *Signa lapidum apponi conſueta in regione, faciunt fidem.*

12 *Conſuetudo generalis facit notorium, & uim legis habet.*

13 *Poſſeſſio continuata declarat titulum dubium, & qualitatem eius dubiam.*

14 *Iudicium finiũ regũdorum eſt reale, datẽ contra poſſeſſorẽ: & ſuũ principiũ formale ad reſtitutionẽ confiniũ eſt poſſeſſio cõuenti.*

15 *Iura incorporalia quomodo & à quo tempore præſcribantur.*

16 *Iuriſdictionis proprium eſt, ſubiectos, & eorum prædia uſque ad confinia uicinæ iuriſdictionis collectare.*

17 *Iurium incorporalium quaſi poſſeſſio corpore & animo acquiritur & admittitur.*

18 *Vectigalia exigere iuriſdictionis eſt & imperij.*

19 *Cuſtodia loci arguit poſſeſſionis acquiſitionem & retentionem cuſtodiri.*

20 *Reus in excipiẽdo põt eẽ cõtrarius, ſucceſſiue tñ & ſubordinate.*

21 *Iudicium finium regundorum à quo tempore incipiat cõpetere.*

22 *Præſcriptio confinium iuriſdictionum an ſit prohibita.*

23 *Iura canonica non ſequimur ubi ceſſat materia peccati, & res eſt deciſa de iure ciuili.*

24 *Pœna vſurpantis ius confinium quæ ſit.*

25 *Officiali in ſibi non commiſsis non creditur de facto alieno, quia in hoc eſt priuata perſona*

26 *Syndicus repellitur à teſtimonio in cauſa ſuæ communitatis.*

27 *Pręſumptio vna tollit aliam.*

28 *Inſtrumento an & quando credatur de enuntiato.*

29 *Inſtrumentum dotale an faciat fidem de matrimonio.*

30 *Libris antiquis de confinibus quando detur plena fides.*

31 *Probationis fiendæ ex coniecturis non poteſt dari certa regula, ſed quantum probent ſtat in religione iudicis.*

32 *Poſſeſsio vt in iuribus acquiratur, expedit quòd interueniat authoritas eius ſine cuius authoritate tranſire nequit.*

33 *Poſſeſsionem non acquiritur qui de facto procedit.*

34 *Poſſeſsio vt in iuribus acquiratur, requiritur quod ea intentione fiat.*

35 *Teſtes repelluntur ratione intereſſe.*

36 *Inimicitia qualis repellat teſtem.*

37 *Iniuria facta vni de vna agnatione, cæteri non erunt teſtes, tanquàm inimicia ſuſpecti.*

38 *Initium quale fuerit, demonſtratur ex exitu.*

39 *Euentus poſterior formatur à primordio tituli.*

40 *Flumina quæ ſunt inter duas iuriſditiones vtrum cenſeãtur eſſe fines iuriſdictionum.*

41 *Iudex in materia finium quid ſequi debeat.*

ALLE-

ALLEGATIO

LVCHINI DE CVRTE, DOCTORIS CELEBERRIMI, PRO COMMVNITATE TERRAE S. SALVATORIS.

Contra Communitatem Terræ Valentiæ.

IN MATERIA CONFINIVM.

In fauorem Communis Caſtri, & terræ Sancti Saluatoris: plura occurrunt dilucidanda.

Primò quis in hoc iudicio ſit actor, & reus.

Secundò, quod ius poſſit competere agendi finium regundorum communi Valentiæ.

Tertiò, ſi ius competit agendi de ſingulis exceptionibus inductis per illos de Sancto Saluatore, & hęc multipliciter; &

Primò, de ſignis diuiſionis.

Secundò, de poſſeſſione, & hæc ex confeſſione partium, & probatione teſtium de actibus iuriſdictionis.

Tertiò, de præſcriptione.

Quartò, de vſurpatione lite pendente facta per illos de Valentia.

Quarto, principaliter videndum eſt de fundamentis illorum de Valentia, vt confutentur. &

Primò, de eorum ſignis aſſertis.

Secundò de eorum libris de aſſerto archiuio extractis.

Tertiò, de eorum allegata poſſeſſione, & probari nixa, ſi probata ſit.

AGGREDIOR Primum, & oſtenditur cõ-
mune Valẽtiæ eſſe loco acto is in oĩ pro-
1 ceſſu. Nã †qui primus interpellat iudicia-
liter quæſtionem de fundo, ille primum
dicitur actor. ff. de iudici. l. in tribus. l. hoc
iudiciũ. ff. com. diuidun. l. & ideo. in prin.
ff. de condic. furt. ſed coram. D. Raphaele, & Gulielmo pri-
mis iudicibus primò propoſuit pars Valentianorũ, ſecundò

reſpondit pars illorum de ſancto Saluatore. dehinc primò
2 produxit iura ad ſuæ fundamẽtum intentionis, quæ † produ
ctio, in ſummarijs, quaſi narrans & concludens prout in iu-
ribus productis apparet, habetur loco petitionis, ut legitur
in conſtit. ad reprim. per Bar. & in clem. ſæpe. de uerb. ſignif.
& per Bal. in. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. proconſ.
ergo fuit primo agens Syndicus de Valentia.
3 Patet Secundò, † quia ubi primũ tractatur de meritis cau
ſæ, incipit cognoſci ordo litis, C. de procurat. l. nihil arbitra-
mur, & l. ita demum. per Cyn. Alber. Bal. & alios. C. eo. tit. er
go apparet ex ordine productionis, ubi incipit tractari de me
ritis, illos de Valentia eſſe actores, & per conſequens reos eſ
ſe illos de ſancto Saluatore, Dehinc corã. D. Agabito & Gu-
glielmo ſequitur petitio illorum de Valentia expreſſa & con
cludens, de qua dubitare non expedit.
Aduerſus hanc concluſionem, friuolè ſatis inſtabant aduo
4 cati Valenciani, quòd iudicium † finium regundorum datur
ex capite damni dati in confinibus. Cy. in. l. 3. & in. l. fin. C.
fin. regun. ſed illi de ſancto Saluatore primò inchoarunt pe-
tere damna & rōbarias datas in confinibus, ut conſtat ex ſu-
plicationibus primò porrectis per illos de ſancto Saluatote,
ut dicitur: igitur ſunt primi prouocatores litis de finibus. Re
ſpondetur tripliciter, Primò quòd non conſtat illos de ſan-
cto Saluatore primò ſupplicaſſe. Secundò, & ſi cõſtet, illa nõ
fuit prouocatio, ut termini ponerentur in confinio, uel de-
clararentur, ſed ut bellum ceptum inter ipſa communia
tolleretur, quia non erat datum damnum in territorijs reſpe
ctu litis, uel reſpectu finiũ, ſed ratione iniuriarum: & ex hoc
non competit finium regundorum iudicium. Tertiò, quia il-
la lis damni dati fuit primò ſequuta quàm ueniretur ad peti-
tiones ſupraſcriptas, datas ſpecialiter ratione declarandorũ
confinium, & maximè finitum fuit illud litigium damno-
rum antequam deueniretur ad illam petitionem, in qua poſt
longam narrationem confinium aſſertorum de Valentia per
capitula demonſtratorum. D. Iac. de baſsis coram. D. Agabi
to & Guglielmo, petit declarari confines, prout in capitulis
ſupra narratis continetur. & ſic remanet defenſata cõcluſio,
quòd nulla petitio in iudicio iſto ultimo cõfinium eſt ex par
te illorum de ſancto Saluatore, ſed tantùm ex parte hominũ

de Valentia. & patet ex alio. quia omnes ſcripturæ iudiciales illorum de ſancto Saluatore ſunt per uiam exceptionum, & triplicationum reo competentium, & non actori. l. 2. §. replicatio. ff. de exception. cum ſim. & hæc quæſtio proderit ad multa, ut infrà dicetur.

Venio ad ſecundum, & oſtenditur nullum ius competere Syndico communis Valentiæ, terminari iuriſdictionẽ, & territorium iuriſdictionale ad finem exercendæ iuriſdictionis
5 infra territorium. Probatur ſic. Omnis † iuriſdictio & Imperium fundamentaliter inhęret oſsibus principis, nec ab eo tolli poteſt quin remaneat ius ſuperioritatis, quod etiam pręſcribi nequit. l. competit. C. de præſcrip. 30. annor. & eſt dictum Bal. in procem. feud. emanat enim à principe fons, & eſt fomes iuriſdictionis & imperij. in tit. de pace iuram. firman. §. ad hæc. & in tit. quæ ſint rega. in prin. facit. ff. de re iud. l. nemo poteſt. Hinc eſt, quod nõ eſt reperire iuriſdictionem niſi in principe, & quibus ab eo conceſſa eſt priuilegio, uel præſcriptione, uicem priuilegij obtinente. c. ſuper quibuſdã. ext. de uerbo. ſignific per Barto. ff. de publican. l. ſi publicanus. per Alberic. plenius quàm alibi in. l. fin. C. de iuriſd. om. iud. cum multis ſim. Sed conſtat commune Valentię non habere iuriſdictionem nec imperium, ex priuilegio, nec ex præſcriptione, quinimmo ad literam uidemus tota die officiales dominorum Valentiæ quibus per ipſos dominos cõ-
6 ceditur iuriſdictio & imperium, & nõ obſtant † quòd oppida etiam poſsint habere iuriſdictionem, l. 1. in ſi. per Bar. ff. de dam. inf. & l. fin. in glo. & pro eo. C. de pręſcrip. lon. temp. quia fiteor, ut Bar. & Cyn. dicunt, ſi princeps conceſsit, ut ſupra dictum eſt.

Non obſtat quòd multa inſtrumenta dicant, in territorio Valẽtiæ, & iuriſdictio cohæret territorio, l. fin. C. ubi & apud quos. & ſic, ſi habet territorium, habet iuriſdictionem, quia reſpondetur ſingulariter ex mente Bal. & Ang. quòd territo-
7 rium † iuriſdictione armatum, de quo in l. pupillus. §. territorium. de uerb. ſignif. & in l. fin. de iuriſd. omn. iud. accipitur tripliciter: Vno modo actiuè, Alio modo paſsiuè, Tertio modo ſuppoſitiuè. Si actiuè conſideretur territorium, iuriſdictio & ius ſtat in principe qui eſt iudex ſummus agens iuriſdictionaliter, ut iuribus ſupra allegatis. Si paſsiuè, ſtat in

ſubditis,qui ſubſunt iuriſdictioni, ſed per hæc non habẽt ius iuriſdictionis & territorij,immo patiuntur,& ſubſunt. Si cir cumſcriptiuè,tunc iuriſdictio, hoc eſt exercitium iuriſdictio nis,cohæret territorio,ut ultrà non extendatur: & ſtat, dicit Bal.ſicut nebula ſupra paludem.in.§.ad hæc.ſupra alleg. uer ba ſunt ſua elegantia in.l. 1. §.cum in initio. ff. de offi.præf. urb.& Ang.in.l.fin.ff.de iuriſd.omn.iudi.& iſto modo iuriſ dictio nec etiam territorium eſt illorum de Valẽtia, ſed prin
8 cipis. Tunc arguitur ſic. Iudicium † finium regundorum ſa pit proprietatem uel quaſi,ſcilicet,ut ſit dominus, uel feuda tarius,uel uſufructuarius, uel emphyteuta perpetuus iuris cõ finati,uel confinandi.l.3.ubi glo.com.diuid.C.&.ff.eo.l.ſed & loci.§.finium.ideo non habens dominium uel quaſi, non habet hoc iudicium.l.communi diuidũdo. §. neque colonus ff.com.diuid.datum eſt enim hoc iudicium pro uendicatio- ne confinij occupati.l. 1.in glo.ff.fini.reg.Sed iſti de Valen- tia,ut oſtenſum eſt,non habent ius in iuriſdictione:ergo nõ poſſunt agere: ſed fortius non potuerunt acquirere poſſeſ- ſionem iuriſdictionis, quod eſt utilius, ut infra alio argu- mento de poſſeſsionis acquiſitione dicetur per illos de Va- lentia.

Ad Tertium,eſt primò inueſtigandum,ſi communi Valen tiæ competeret ius in finibus ponendis,prout petit,an obſtẽt allegata & oppoſita per illos de s. Saluatore, & ſic fundabi-
9 tur iuſtitia per illos de ſancto Saluatore. Primùm, quia † in hoc iudicio,quo ad materiam probandi quilibet eſt actor, & reus: ubi autem liquidò non probatur, tunc inſpicitur quis poſsideat,l.1.2.& 3.com.diuidun.&.c.ex literis.ext.de pro- bat.& iuxta menſuram poſſeſsionis ponuntur limites per iu- dicem finium: uideamus igitur primùm de primo modo pro bandi,& hic adducuntur ſigna moretarum, ſcilicet prima de ſeptem,quæ eſt ſuper podio taglolarum, quæ reperta eſt ha- bere infra ſe in fundamento ſuo unum lapidem groſſum, cũ tribus lapidibus pro teſtibus. Modò dicunt doct. Quod licet
10 credatur de confinibus libris antiquis, † cum alijs adminicu lis,& ſcripturis ſcriptis in lapide,&c.ut legĩ in c.cũ cauſam. & ibi per glo. & Bal.ext. de probat. &. c. ad audientiam. de præſcrip.& 19.q.2.c.ſanè.in glo.& 16.diſtin.c.habeo librũ. & per Bart.in.l.monumentorum.C.de religi. attamen ſigna

ſolita pro diuiſione & limitibus territoriorum antiqua ſuperant omnem probationem. l. 2. ubi caſus ſecundum Bal. in uer. monumenta. C. com. diuid. dicuntur enim monumenta
a ad memoriam hominum facta. *a* ita concor. doct. canon. in c. ſuper. ext. de paroch. & in. d. c. cum cauſam. vnde, ſicut magnarum prouinciarum & ciuitatum interdum ſigna im-
b mutabilia fluminum, *b* montium, & ſtratarum regalium ſunt ſigna confinium, ut ipſe Bal. ponit in. §. ſi quis de manſo. in
11 tit. de † controuer. inueſtit. & in. d. c. cum cauſam. ita etiam ſigna lapidum apponi conſueta in regione, faciunt fidem, ut uolunt. doct. in d. c. ſuper eo. & maxime, quia licet ſufficeret unum ſignum, cum extenſione lineæ intellectualis, ut ſcribitur per Alberi in Authen. quod ius. C. de procur. & quia limes dicitur linea in qua nihil ædificari poteſt, ut dicunt. D. Ioan. And. & Innoc. in d. c. ſuper eo. & dicitur limes à li. e. c. fo. us. de uerb. ſignif. tamen quia hic ſunt ſubſequtiua per rectam lineam alia ſigna ſimilia, maior fit demonſtratio, ꝙ ſint ſigna confinium territoriorum. Quod etiam probatur ex alio. eſt enim primum ſignum in loco eminenti, ſcilicet ſuper faſtigio uel cacumine montis. Vnde ſecundum doct. ubi ſupra, facit eminentia loci & ſignum maiorem fidem. Præterea: quia teſtis unus de Valentia fatetur moretas iſtas eſſe ſigna ad confinandum, & uocatur Saluaticus. Adſunt etiam inſtrumenta, quorum unum antiquiſsimum eſt, facientia mentionem de una orriſella, aliud de una moreta, quod idem eſt, & omnia loquuntur in territorio, ſancti Saluatoris. Adeſt etiã conſuetudo probata regionis, ꝙ moreta utitur illa patriæ Mõ isferati ad cõfinia territoriorũ, patet inter Ber
12 golium, & terra ſancti Saluatoris, & † talis generalis conſuetudo facit notoriũ, & uim legis habet. Bal. in rubr. ff. de rer. diuiſ. col. 1. Adeſt præterea electio agrimenſorum electorũ non ad menſurandum, ſed indicandum de illis moretis, an ſint ſigna confinium. Et palam eſt iſtos poſſe & debere tanquàm peritos eligi ad iudicandum de confinibus, c. quia iudi ante. extra de præſcript. l. inter Caſtellianum. ff. de arbitr. facit quod not. dominus Anton. de butr. in d. c. quia iudicante. & Barto. in. l. 1. ff. de lib. agnoſce. & alij in. l. ab arbitro. ff. qui ſatiſda. cogant. ſed iſti arbitri ambo iudicarunt primam moretam in loco podij tagliola-

gloſarum eſſe ſignum confinium: ſed unus ipſorum dicit de confinio territoriorum, alter de confinio ſimpliciter: ſed neſcit an territoriorum, an agrorum. Vnde cum iſte de Sancto Saluatore approbatus ſit per illos de Valentia, eſt ſaltim, & ſi non iudex, teſtis idoneus ad probandum hoc eſſe ſignum terminans territorium, & alius de Valentia eſt ſignum terminans. Sed fruſtra poneremur tot ſigna ita eminentia, uel in eminentibus locis, ad terminanda prędia, maxime cum neſciretur quæ prædia, uel quorum, igitur relinquitur, quòd ſint ſigna terminorum territoriorum. Vnde conuenienter deuenitur ad ſecundum huius tertij articuli, principaliter ad probandum quòd hæc ſigna ſunt territorij propter poſſeſſionē iuriſdictionis habitam, & tunc exiſtentem apud iudicem ſan
13 cti Saluatoris: quia † poſſeſsio continuata declarat titulum dubium, & qualitatem eius dubiam, ſecundum doct. &. D. Ant. de butr. not. d. c. cum ueniſſent. ext. de inſtitut. præben. facit tex. in. l. ſi filius. C. fam. herciſc.

Vnde pro huius ſecundi declaratione, ſcilicet, quòd poſſeſsio uſque ad confinia moretanum ſit apud iudicem Sancti Saluatoris, arguitur multipliciter. Primò: libellus illorum de Valentia facit ipſos reos: & datur contra poſſeſſorem ultra confinia actio reſtitutoria. l. 2. C. fin. regun. ad reſtitutionem poſſeſsionis. vt l. 3. C. fini. regun. & l. 1. in gloſſ. ff. eod. titu. & probant glo. & doct. in l. 3. alleg. & Specul. tit. de iud. §. 2. in forma libellorum. & idem in tit. de paroch. & Rofr. in libello fini. regund. immo ex proceſſo conſtat, quòd iſti de Valentia allegant poſſeſsionem illorum de Sancto Saluatore iniu-
14 ſtam. Tunc argumentor ſic. iſtud iudicium † cùm ſit reale, & detur ꝯ poſſeſſorē, & ſuum principiū formale ad reſtitutionē confiniū eſt poſſeſsio conuenti. l. 1. cū ibi not. C. de alien. iudi. mut. cau. fac. & iur. ſup. alleg. ergo bene confitentē iudicialiter ualentiani iudicē S. Saluatoris poſsidere: quia libellans confitetur contenta in libello, l. cū ꝑcum. C. de lib. cau.

Secundo argumentor ſic. Iſti de Valentia habent ius collectandi prædia forēſium in territorio eorum aſſerto, & iſta prædia habent conſignata, ut dicunt. ergo prætendunt iuriſdictionem, & ſic ſeruitutem contra illos de ſancto Saluatore: illi autem de ſancto ſaluatore, gerentes ſe pro liberis, nunquam ſoluerunt, & ſic fuerunt ab illo tempore primæ de

ſcriptionis

ſcriptionis in poſſeſsione libertatis, quare cōfinia non ſunt terræ Valētiæ. Argumētum pręſtat iis, quia in iſtis iuribus ne gatiuis, qui incipiūt nō ſeruare ab eo tpe quo prædominās incipit, prætendere ſeruitutem, incipiunt libertatē poſsidere, l.j.§. hæc autem iura.ff.de ſeruit.urb. præd.l. Atilicinus.ff.de ſeruit.ruſtic.& Bal.in l.1.q.4.& l.2.q.3.C.de ſeruit.& aqua. ideo inquit Ang.in d.l.1.§.hæc autem iura. præſcribi facilè

15 ab eo tempore,† quo quis geſsit ſe pro libero, libertatem ex curſu temporis à patientia aduerſarij qui prætendebat ſeruitutem. allegat.l.filius.C.de decur.lib.10.& Inno.in c.2. de capel.monac.& faciunt not.per Zabarel.maximè, in d.c. cum veniſſent.ext.de conſtit.pręben.& ff.ſi ſeruitus uendic. l.ſi quis in itineris.& per tot.& quod ſcribit Bar.in l.ſi prius. in repetit. ff. de aq. plu. arcen. Io.Fantuſij plene in.§.æque. inſtit.de actioū.itaque concluditur, iudicem ſancti ſaluatoris, quorum ſui non ſoluerunt onera, & ſe geſſerunt pro libe ris, poſſediſſe territorium, & iuriſdictionem uſque ad eum lo cum quo non ſoluit onera, quia contrariorum eadem eſt di ſciplina. ſicut enim collectare forenſes intra confines probat iuriſdictionem, & poſſeſsionem confinium, ita econtra, non pati ſe collectari negat confinia, & iuriſdictionem in prætendente:& tamen, vt ex confeſsione utriuſq; partis patet, territoria ſunt diuiſa igitur illi de ſanto ſaluatore poſſident fines uſque ad locum ad quem tu de Valentia deſinis poſsidere, argumentum eſt inconuincibile.

Tertio etiam confirmatur concluſio hęc, & argumentum proximè pręcedens. Iudex ſancti ſaluatoris. ergo poſsidet ſubiectionem reſpectu iuriſdictionis. dictum eſt Bal. in l.cū aliquis.C.de natur. liber.facit quod not. Alber in.l. nulli.C. de epiſ.& cler. Barth. in.l. ſi publicanus.ff. de public.c. dile

16 cto.ext.de offi.Archid.Bal.in.d.c.cum cauſam.† Etenim iuriſdictionis proprium eſt, ſubiectos, & eorum prædia uſque ad confinia vicinę iuriſdictionis collectare. Alberi.in.l. fin. C.de iuriſd.omn.iudi. & nemo dubitat.confirmando: ergo præcedēs motiuum, arguitur ſic. Qui mea prædia collectat, quaſi poſsidet ea tanquam in ſua iuriſdictione: ſi ergo non collectat, cum poſſet, & prętendat, non poſsidet: quia libertatem ego poſsideo, ſed ſi alius iudex poſsidet, putà, quia ea pręcedia collectat, ut in territorio ſuo, tunc iuriſdictionem,

&

& territorium poſsidet: & hæc quidem poſſeſsio eſt antiqua, ut per teſtes probatur, & per ſcripturas antiquas. Ex hoc itaq; concluditur, ad duo, ſcilicet, illos de valentia non poſsidere iuriſdictionem iſtorũ confinium, & iudicem Sancti ſaluatoris poſsidere.

Quartò probatur hęc poſſeſsio in perſona iudicis sancti ſaluatoris: quia actus iuriſdictionales facit uſque ad confinia deſignata per illos de sancto ſaluatore. nam amplè, ultra prædicta, probatur per teſtes omni exceptione maiores, puta, qui non ſunt de terra sancti ſaluatoris. quomodo captis aliquibus de sancto ſaluatore intra confines deſignatos per eos de sancto ſaluatore, & conductis ad terram valentiæ, cognito & uiſo loco per iudicem terræ valentiæ, eos laxauit impune, & immunes abſque aliqua ſolutione. & addit teſtis, quod erat tunc ipſe conſiliarius, & commiſſarius in terra valentiæ sancti ſaluatoris. Ecce igitur q̃o iuriſdictionem poſsidet iudex S. ſaluatoris, & eam non poſsidet iudex valentiæ. quia vnus facit actum poſsidentis, alius nõ poſsidẽtis: imò ſi habuiſſet amittẽdi: iam enim clariſsimi iuris eſt in acquirendo & amittendo quaſi poſſeſsionem iurium incor-
17 poralium † neceſſarium corpus, ſicut animus eſt & ipſe neceſſarius. l. 3. §. dare. ff. de uſufruc. Bald. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. habet enim poſſeſsio plurimum facti. &c. fuit enim illa una ſẽtẽtia interloquutoria cognoſcente fines iudice sancti suluatoris, ut ſupra dictum eſt. & exequtio ideo bene eſt actus poſſeſsiuus, ut plene in c. dilecti. de capel. monach. & in. §. item ſacramentum. ſi dę nou. feu. fuer. controu. ꝑ Bal.

Adijcitur ad idem, cuſtodia paſſus pontis Andæ facta per
18 Datiarios & Exactores uectigalium: quia † exigere uectigalia iuriſdictionis eſt, & imperij. ut in tit. quæ ſint reg. in uſi. feud. Bart. in l. ſi publicanus. ff. de publica. D. Barthol. de saly. in l. 2. C. noua uectig. imp. non poſ. & plene in alleg. c. cũ dilecto. ext. de offic. Archid. Bal. in d. c. cum cauſam. ext. de probat. & hęc per quindecim teſtes omni exceptione maiores probata ſunt: & hoc ſufficeret. Adijcitur quod fuit abſq; eo quòd aliquis, & maximè de santo ſaluatore per datiariũ valentiæ ibi fuerit exactus, ſalua reſponſione ad teſtes valentiæ, ſi qui uideantur oppoſitum dicere. Adiungitur ad hęc, cuſtodia facta per homines sancti ſaluatoris de mandato

dato caſtellani ſui ad podium taglolarum,ubi eſt euidens ſi-
19 gnum diuiſionis territoriorũ, ut ſupra declaratum eſt. Nam
† cuſtodia loci arguit poſſeſsionis acquiſitionem, uel reten
tionem cuſtoditi. ff.de acq.poſſ.l.quarundam.& ſi quis dice
ret,ea cuſtodia nõ fiebat ad poſsidendum locum. Fateor,fie
bat tamen in loco confinis, ad demonſtrandum, quòd uſq;
illuc durabant confines. Vel ſi hæc negabunt illi de ualẽtia,
non allegent etiam illud pro ſe, de quo uiſi ſunt facere ma-
gnum capitale,ſi illud probaſſent. Itaq; ex ſupradictis & alijs
quàm pluribus actibus poſſeſsionis probatis tam per teſtes
productos per Syndicum ſancti ſaluatoris, quàm etiam per
illius de ualẽtia , ubi aliquem ipſorum in aliquo contigit di-
cere ueritatem,licèt inuitum,deducitur probata poſſeſsio iu
riſdictionis uſque ad confines deſignatos per illos de ſan-
cto ſaluatore.

Venio iam ad tertium articulũ tertij principalis ad oppo-
nendum illis de Valentia exceptionem præſcriptionis tri-
20 ginta annorum.† Nam reus in excipiendo poteſt eſſe contra
rius, ſucceſsiue tamen, & ſubordinate.c. nullus pluribus. ex.
de reg. iur.lib.6. & ff. de reg. iur.l. nemo ex ijs.ideo poteſt
quis dicere ſe exemptum priuilegio aliquo , & titulo , etſi
non probato,ex præſcriptione.ex.de præſcrip.c.auditis.item
quis dicet ſe feciſſe tranſactionem nullam, & in quantum
aliqua, metu extortam, & reſcidendam.l. interpoſitas.C. de
tranſact. & ſic de ſingulis. Quinimmo actor interdum ad-
mittitur ad remedia contraria,ſubordinatè tamen.c. conſti-
tutus.ext.de reſtit.in integ.Et ad propoſitũ de pręſcriptione
confinium, inquit ſignanter. D.Ant.de Butr.poſt glo.ext.de
præſcrip.c.quia iudicante.& ſic tollitur quod obijciebat.d.
aduocatus Valentianorum, quod pręſcriptionem allegãs nõ
obtinet quia eſt ſibi contrarius. Nam cùm non oppono,niſi
quatenus in principali iure diuiſionis non obtineam ; unde
ex quo conſtat iudicem Sancti Saluatoris exercuiſſe iuriſdi
ctionem, ſcilicet exigendo collectas ab habentibus prædia
uſque ad illa confinia,& alia feciſſe, de quibus etiam conſtat
ab eo tempore citrà quaſi poſſediſſe iuriſdictionem confi-
nium,& ſic eam preſcripſiſſe ſpatio triginta annorum. l.fin.
ubi eſt caſus.C.fin.reg.

Aduerſus hæc fundamenta opp.primo malam fidem iudi

cis

cis ſancti ſaluatoris, hoc enim taceri potuit, quia ab eo anno quo primum facta eſt conſignatio, & deſcriptio prædio-
21 rum intra confinia aſſerta valentiæ, & non eſt ſolutum † incipit competere iudicium finium regundorum, Bal. in l.fin. C.fin.reg.l.1.§.ad hoc.ubi not. C.de anna. excepti. ergo ab eo tēpore citra cepit præſcribere ex poſſeſsione e iam probata. Nam ex ſucceſsione tanti temporis, & toties replicata nō poteſt allegari mala fides, immò probatur bona fides, Inno. in c.cura.ext.de iur.patron. præterea mala fides noceret ubi poſſet apparere de ueritate cōfinium. Aut eſt dubium, & ibi ſtatur poſſeſsioni, ut. c.ex literis. uel præſcriptioni.
22. Secundo uerò opponebatur, prohibitā eſſe † præſcriptionem cōfinium iuriſdictionum, ut.c.ſuper eo.ext. de paroch. Duæ ſolutiones dantur, vna, quia nullibi reperitur prohibitam eſſe præſcriptionem confinium territorij iudicis ſecularis, immo regula eſt in oppoſitum, quia ipſa iuriſdictio præſcribitur, ut ſupra tactum eſt, per not.per Alber. in. l.fin. C. de iuriſd.omn.iudi.& eſt caſus in l.fin. C. fin.regun. ubi indiſtinctè loquitur de finibus. nec eſt aliquis doctor. extendens illud ſtatutum eccleſiæ ad fines territorij iudicis ſecularis, ergo nos non debemus extendere, quia legum correctio
23 eſt euitanda. Non † ſequimur iura canonica ubi ceſſat materia peccati, & res clare deciſa eſt de iure ciuili, c.nouit.ex. de iudici. tangitur in.c. poſſeſſor malæ fidei. ext.de reg.iur.lib. 6.&.c.fin.de præſcrip.&.c.1.ext.de noui oper.num. per Innoc. Secunda eſt ſolutio, quia etiam fines plebaniarū, & diœceſum præſcribuntur, ubi ſunt confuſi & incerti, ita tranſeundo dicunt doct.in alleg.c.ſuper eo.& in d.c. quia indicante. & ad literam declarat.d.Bal.in c.cum cauſam.ſupra alleg. id eſt, quia aduerſarius contra quem præſcribi non poſſet, indubitare doceret fines ſui territorij, & hoc male patitur reſponſum, ſicut & cætera. Replicant & tertio, quod fuit interrupta, & non aduertunt, quod actus quos adducunt nec interruptionem probant, & præterea ante illos actus erāt iam perfectā præſcriptio. ideo amplius de interruptione non ſit ſermo c.illud,&.c.ſi diligenti.ext.de præſcrip.iam enim plenum, uel ſaltem efficax ius quæſitū eſt ir. euocabiliter ex præſcriptione.l. ſi quis emptionis titulo.C.de præſcrip.trig.annor. Authen.niſi tricennalis.per doct.C.de bonis maternis.

Venio ad quartum articulum tertij principalis ſcilicet, an ex uſurpatione quæſitum eſſet ius illis de ſancto Saluatore: & hic procedítur hoc modo. Pendet lis de finibus, quomodocunque mota ſit, quia una pars, ſcilicet Valentiana dicit eſſe lineam in croſſa baſſettiaka dicit eſſe ad pedem Taglolarum, & concludere ſe uerſus pontem inferiorem Andæ: quia Anda multos pontes ſuperiores habet ab eo de quo eſt quęſtio. Et clarum eſt, ut ſupra probaui, poſsidere illos de ſancto Saluatore: & ſi quis tamen pertinax inſtaret, nõ negabit ſaltem dubium eſſe quis poſsideat uſque ad illa cõfinia: & hoc tamen eſt
c clariſsimum, quòd quantum eſt ad ſolutionem collectarum in territorio ſiendarum, non poſsidet iudex de Valentia, ſed econuerſo poſsidet iudex de ſancto Saluatore. Modò ſtantibus terminis, & pendente hac lite, illi de Valentia auſu temerario uolentes cogere habentes prædia intra allegata per eos confinia, illa uſurpauerunt, & blada aufferre nixi ſunt, & annó præterito abſtulerunt, uolentes uſurpare ius confinium; licèt per reſiſtentiam licitam non potuerunt anno præſenti:
24 ergo † incidunt in pœnam. l. ſi conſtiterit. C. fin. regun. ut ſuum amittatur: & ſi non ſuum, tantum de ſuo refundant, d. l. 1. C. de accuſ. per Bal. Ang. & Roffr. in libel. confi. Et aduertendum, illos uſurpatores etiam cadere à iure, & puniri etiã ex ſolo nixu & attentato, licèt per reſiſtentiam obtinere non potuerunt. per tex. in. d. l. qui dicit, uſurpare uoluiſſe, ut euadatur reſponſio not. per Bart. in. l. qui poſſeſsionem. ubi etiã glo. ff. de ui & ui arm. & quod not. Cyn. & Ang. in. l. ſi quis à ſe fundum. C. ad leg. iul. de ui. nam in. l. ſi conſtiterit. eſt conſumatum delictum, nixus, & uoluntas uſurpãdi, licèt anno pręterito conſummauerunt nixum per effectũ. Reſpondebatur ꝙ illi de Valentia non ſunt actores, hoc ſupra uiſum eſt carere uiribus. Reſpondebatur ulterius, illos de Valentia poſsidere, hoc nihil eſt dicere, quia immo aperte conſtat oppoſitum, uel ſaltem apud omnem pertinaciam eſt dubium: quod tamẽ non confiteor, ſcilicet eſſe dubium, immo eſt clarum pro parte iudicis ſancti Saluatoris, ipſum poſsidere. & hæc ſufficiant pro fundamentis partis illorum de ſancto Saluatore.

Capio nunc quartum dubium principale, in quo ſunt confutanda partis aduerſæ fundamenta: & primò uidendum eſt de ſignis, & primò adducunt quandam croſam baſoti, ubi

eſt leuata, quæ croſa concludit ſigna illorum de ſancto Saluatore intra territorium Valentiæ. Reſpondetur iſtud ſignũ nihil facere, quia ali..d ſignum moretarum eſt cõuenientius & magis uerisimile,& ſignum per doctores approbatum, qa in monte, quia lapides, quia ab arbitris recognitum, ut ſignũ diuidens, quia habet ſigna continuantia, quia poſſeſsio illud declarat: ideo tale ſignum nõ eſt ſignum diuiſionis de uoluntate partium diuidentium factum, potuit enim fieri clam. uel ad alium ſignum, Præterea quia & ſi ad illum finem fuiſſet factum per illos de Valẽtia, illi tamen de ſancto Saluatore poſſederunt ultrà, uſque ad illud ſignum uerisimilius: & ſic ſtat ergo illud ſignum eſſe uerisimilius, quod poſſeſsio declarat antiqua, ut ſcriptum eſt ſuper not. d. Ant. in. c. cum ueniſſet, de inſtit. præben. Nec obſtat liber ſolutionis cenſus, quia nõ probat de illo opere: quia illud opus non fuit tantę expenſæ, quòd pro hoc debuerit fieri ita ſolemnis liber expenſarum, niſi fortè dicas fuiſſe factũ dolosè ad cauſandã ſibi materiã probationis in futurum, ut dicũt. D. Ant. de Butr. & d. Ioan. de Imo. in. c. cum cauſam. ext. de probat. & Nicol. de Matar. in. l. exemplo. C. de probat. Adducunt ſtratam, quæ tamen nõ poteſt dici ſtrata, ſed eſt quædam concauitas impetu aquarũ remalium facta non perſeuerans ubi deuenitur ad æquiditatem terreni: quia tunc nulla apparent ſigna diuiſionis. Adducunt libros regiſtrorum antiquos, in quibus relegitur, ut dicunt homines de ſancto Saluatore conſignaſſe prædia de quibus capitulant. Et hìc multæ dantur reſpõſiones. prima, quia iſti libri non ſunt cuſtoditi, nec reperti in archiuo publico: nec hoc probant literæ officialis, quia loquũtur de facto alieno, de præterito, de officio ſibi non commiſſo, de re in qua officialis eſt pars, de facto alieno non creditur, quia in
25 hoc † eſt priuata perſona. iux. gl, & ibi not, de uſur. c. quanquàm. lib. 6. & quod not. de conuerſ. coniug. c. dudum. not. per d. Ant. de Butr. in prima conſtit. Gregor. niſi ea quæ atteſtatur, eſſent parui præiudicij. ſecundum Innoc, in c, poſt ceſsionem. ext, de probat. De facto de præterito, eſt glo, 3. q, 9. c. teſtes. in prima glo. & no. in c. quoniã contra falſam. ext, de probat. De facto in quo eſt pars, allegatur glo. in c. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6. in glo. ſuper uer. copia, Sed conſtat de facto alieno, ſcilicet de cuſtodia officialis archiui publici, &

de facto de præterito, & de negotio non ſuo, ſed alieno, & de iuriſdictione ad ſe non pertinente, ſcribit etiam de re magni præiudicij,&,quod peius eſt.in conflictu magnæ litis, & poſt ſequuta uulnera & prædas; Ideo aduertat iudicare debens quale eſt teſtimonium ſuum, quia tu magis ſcire poteſt.&c. Si ergo non etiã probat officialis deponens ut teſtis dictum ſuum, quoniam primo eſt Syndicus communitatis
26 in cauſa, † ideo repellitur.l.deferre.§. idem decreuerunt. ff. de iure fiſci l.fin.ff.de teſti.nam in ſuo dicto de officio facit fidem ad approbandum factum & honorem ſui, & officij ſibi commiſsi.ext. de probat.c.tertio loco.ext. de ſolution.c. ſi quorundam. & 2.q 7.c. quoties.&. c.ſaluberrimum. not. pulchrè per Innoc. & alios in. c.2.ext.de arbitr.Bal.pulchrè in.l.iuſiurandum. C. de teſti. difficile quippe eſſet, ubi aliàs eſſent omni exceptione maiores,quoniam crederetur, ſi eſſent duo.l.1. & ibi not.ff.de eſti. conſ. tanto magis in cauſa iſta ita odioſa, ubi laborant alia cõtra officialẽ, & ideo ſtat ergo,quod iſti libri non probantur reperti in archiuo publico,ſicut exigitur, ad hoc ut faciant fidem, l. in fraudem. §. quin etiam. ff. de iure fiſci. immò oportet probari, quod tanquam ſcripturæ publicæ diligenter ſunt in archiuo publico cuſtoditi, & quod eis eſt data fides ut publicis ſcripturis, Innocen. in. c. 1. ext. de procurat. Secunda ſolutio eſt, quod ijs libris non eſt ſimpliciter danda fides, ſed cum alijs adminiculis, ut dicit tex. in c. cum cauſam. ext. de probat. ſed hic ſunt adminicula ad oppoſitum, igitur &c. nam una
27 præſumptio † tollit aliam. l. cum de indebito. in prin. ff. de probat. l. Diuus. ff. de in integ. reſtit. nec obſtant adminicula adducta per illos de Valentia, quia illis ſtatim reſpondetur. Tertio ſolutio eſt hæc, iſtis libris non creditur de finibus, quando eſt quæſtio confinium principaliter intentata. Probatur ſic. licèt textus dicat credi libro loquenti de finibus,ego intelligo, diſpoſitiuè, & directè, non autem enuntiatiuè, ſed hic non tantùm enuntiatiuè, ſed immò nec diſpoſitiuè, nec enuntiatiuè, niſi tacitè, & præſumptè, tunc dicunt doct.&.d.Ant.de butr.dicit eſſe communem opinionem,quando aliquid enuntiatur in inſtrumento, ad ualiditatem diſpoſiti in eo inſtrumento, tunc creditur inſtrumen-
28 to de enuntiato † ſi de enuntiato eſt incidens quæſtio, & fit

tunc

tunc ea diſputatio de qua in.l.cum aliquis.&.l.optimam.nũquid inter eaſdem, an inter omnes perſonas. Sed eſt interdum quæſtio principalis de enunciato, & non incidens, & tunc non datur plena fides inſtrumentis loquentibus de enunciato inter alias perſonas.c.illud.ext.de præſumpt.quod ſic intelligit glo.D.Ant.de butr. & Hoſtien.& dicit doct. ita tenere. & ſequitur Bal. in Auth. ſi quis in aliquo documen-
29 to.C.de eden.ubi quærit † an inſtrumentum dotale facit fidem de matrimonio.&c.de quo per eum in.l.neque natales. C.de prob. & tandem dicit,ubi eſt principalis quæſtio de matrimonio, quod non facit fidem inter alios; Sed ad hoc reſpondetur per aduerſarios,quod ſecus eſt inſtrumentis antiquis.per not.l.cum aliquis.Reſpondeo hoc nihil facere, quia in inſtrumentis antiquis ideo enuntiatio probat, quia plura ſunt,& quia à perſona non ſuſpecta facta ſunt, & faciunt publicam famam.ut in.l.proprietatis.C.de probat.quæ pro ueritate habetur,ut.l.1.de flumin.ff.& in.l.atqui natura.§. cum me.ff.de negot.geſt. At in libris antiquis priuatis ſcribitur dari fidem de confinijs, ſcilicet de quibus diſpoſitiuè loquuntur,non autem enuntiatiuè,alioquin uni libro tanta fides daretur, quanta centum inſtrumentis, quod eſt abſurdum. Et hęc differentia probatur duplici ratione,prima, quia iſta probatio ſcripturæ archiui eſt priuilegiata, ergo nihil aliud ex ſe præiudicium producere poteſt.doct.in.d.c. illud.& in capit. fin. ext. de ſucceſ. ab inteſt. nam impropria probatio non producit aliam impropriam, ſicut nec ſeruitus ſeruitutem, nec fictio fictionem. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure doti. Secunda ratio eſt,quia non eſſet differentia ad fidem faciendam pro ſcribente,& communi ſuo,inter ſcripturam priuatam & inſtrumenta publica,quod eſt abſurdum.ideo.c. cũ cauſam intelligitur ut uerba ſonant, quia diſpoſitiuè continebantur confinia, & non enuntiatiuè. Præterea. d.Bal.tollit hanc ſuam cauillationem,in.d.c.cum cauſam.de probat. Vbi
30 dicit † intelligi libros antiquos directè loqui de confinibus, non autem enuntiatiuè, quia non daretur plena fides, ſatis. inclinat Archid.16.q.1.c.plures.& uide ad prædicta, ea quę. D.Ang.ponit in. l. ſciendum.ff. de uerb. oblig. ubi etiam de ijs inſtrumentis loquentibus de confinibus, ſeu antiquis loquitur.Quarta ſolutio eſt,pone dandam eſſe fidem, quid ad

adhuc non probatur per hoc poſſeſsio, quia iuriſdictio & territorium Sancti Saluatoris pertinebat ad dom. Marchionem, ergo illa conſignatio non potuit ei auſſerre quaſi poſ-
32 ſeſsionem iuriſdictionis, nam † in iuribus, ut poſſeſsio acquiratur, expedit quod interueniat auctoritas eius ſine cuius auctoritate tranſire nequit. Bal. C. de procur. l. 2. ibi. Quarto quæro. allegat. l. pupillum. ff. de acquir. poſſeſ. Sed dom. Marchio, nec ſui officiales unquam hæc ſciuerunt, igitur nũquam ulla eſt quæſita poſſeſsio. plenè in c. cum dilect. de capel. monach. Vbi quæritur, nunquid ex talibus actibus quæratur poſſeſsio, &c. Non obſtat quod allegabat. D. Iacob. præſumi quod ad bannum & præceptum iudicis de Valentia conſignaſſent illi de ſancto Saluatore, quia hoc nullibi reperitur ſcriptum, nec in facto, nec in iure, & ſi eſſet adhuc uerum in facto, tamen in poſſeſsione iuriſdictionis. D. Marchionis non fieret aliquod præiudicium, quia ſi dominus iudex incipiet de facto procedere, & exequi, & alius qui poſſedebat ſimiliter faciet, ille q̃ de facto procedit, nõ acquirit
33 poſſeſsioné, Doct. in. c. cũ dilectus alleg. Præterea, loca cõſignata ſunt incerta, ergo poſſeſsio iuriſdictionis in eis quęri nequit l. locus. & l. 3. §. incertam. ff. de acquir. poſſeſ.

Secundò probant poſſeſsionem per bannum. reſpondetur ut ſupra proximè, ſed & aliter, quia bannum eſt incertum, & non concludit certum locum confinium, ſed dicit indifinite de territorio Valentiæ, igitur nihil concludit, præterea iſtud bannum non probatur, igitur uana eſt allegatio. Præterea, banna abſque exequutione non acquirunt poſſeſsionem, ut ſupra.

Tertiò adducunt capturam hominum. reſpondetur de illa non probari, quia teſtes ſunt uarij in loco, in modo capturæ, & in fuga. l. qui uaria. ff. de teſti. & quod infra latius dicetur contra eos. Præterea, eſto quod ſit probata, probant de uno prato, quod poteſt eſſe in parte de territorio Valentiæ, & in parte de territorio Sancti Saluatoris. Præterea iſte extractus factus per pſonas incapaces actus poſſeſsionis iuriſdictionis, non mandato publico, & non animo acquirendi poſſeſsionem, ſed quia guerræ erant, ceperunt inimicos ubi
34 melius potuerũt. ideo in iuribus † ad acquirendum poſſeſsionem requiritur quod ea intentione fiat. l. fin. ff. quemadm.

adm.ſerui.amit.l.fin.ff.de itin.publi. Innoc.in.c. cum eccleſia ſutrina,de cau.poſſeſ. & propri. Bal.in l.1.C.de ſeruit.& aqua.

Quartò adducunt cadauer mulieris per poteſtatem captum. reſpondetur, non probari, quia teſtes ſuper hoc deponentes neſciunt locum,unus autem qui clarius dicit de loco, dicit ſe fuiſſe annorum octo uel nouem, ideo non clare potuit percipere, & ob id non facit fidem.l. excipiuntur. cum ibi not.ff.ad Syleni. Bal.in l.ad teſtium.ff.de teſt. Præterea eſt ſolus,nec ſuper hoc aliquis informatus poteſt iurare.Præterea hæc neſciuit iudex de ſancto Saluatore,ideo iſta allegatio nihil facit.

Quintò adducunt cuſtodiam factam tempore guerræ per illos de ualentia in podio taglolarum,quod dicit eis poſſeſſionem confinium,& uos fatemur, quia ibi limes, & terminus, ideo conuenienter feciſſet ſeu fecerunt ibi cuſtodias,& nos ſimiliter faciebamus cuſtodias, ſcilicet illi de ſancto ſaluatore,& ideo hoc argumētum magis arguit pro, quam contra,& credo quod ſint male cōtenti dixiſſe,ſed euolat emiſſum irreuocabile uerbum, prout conſtat ex proceſſe & capitulis ſuis.

Sextò adducūt quoſdam captos de ſancto ſaluatore pro feno adducto de prato quod allegant intra confinia, & ita inducit exactionem uectigalis. reſpondetur, quod illud pratum poteſt eſſe intra confinia utriuſq; territorijs, ideo probatio non concludit, ſecundo, quia hoc neſciuit iudex de ſancto ſaluatore,ideo poſſeſsio non quæritur. Præterea exactor uectigalis non fecit nomine iudicis, ut perſona publica volens acquirere reipublicæ, ſed ſibi, ideo hoc non releuat. Præterea, quia omnes teſtes de Valentia interrogati dicunt nunquam de prędijs de quibus eſt queſtio fuiſſe ſolutum uectigal, per illos de ſancto ſaluatore,& tamen eſt conſuetudo quod ſoluatur de fructibus qui deferuntur extra territorium, & ſic probatur libera poſſeſsio in illis de Sancto Saluatore.

Septimò adducunt refectionem eccleſie Sancti Laurētij. Sed hic non eſt actus iuriſdictionis, nec acquiſitiuus poſſeſſionis iuriſdictionis,ſed potius plebanatus; vel dięceſis,quorum una non infert ad aliam, quia alij ſunt confines diœceſum,

ſum, & alij iuriſdictionem temporalium, ut conſtat ad oculum tota die. Præterea ex literis epiſcoporum conſtat oppoſitum, ſcilicet, quod illa eccleſia eſt de ſancto Saluatore, & tota illa contrata ubi eſt illa eccleſia eſt de ſancto ſaluatore ſub Epiſcopo Papienſi.

Octauò adducunt, quod fecerunt conſtrui pontem ſuper Anda. Ad hoc reſpondetur, multos pontes eſſe ſuper Anda, & non probari de illo de quo eſt quæſtio, de quo plenè probant teſtes de ſancto ſaluato. e omni exceptione maiores. Reſpondetur ex aduerſo conſiderandum eſſe. quod probatum ſit per teſtes productos per ſyndicum ſancti ſaluatoris, quomodo huc uſque, uel uſque illuc huc eſt exactum uectigal per tranſeuntes pontem, tanquam pons ſit de territorio. D. Marchionis, & capti fraudantes datia abſque eo quod aliquis de valentia unquam ibi exigerit datium. Immo Lorbinus bonibellus productus per illos de Valentia, qui fuit datiarius tribus annis, dicit ſe nihil unquam exigi feciſſe in eò ponte, & libertas in tranſeundo per homines Marchionis abſque impedimento Valentianorũ luculenter probata eſt.

Nonò inducunt, quia terra Valentiæ eſt maior. ſolutio, non ſunt menſurata territoria, nec ſcitur an à principio terra Sancti ſaluatoris eſſet maior, uel minor, uel æqualis, ideo hoc nihil eſt.

Nunc ad ultimum, quod de per ſe ſufficit, & ſi præſcripta ceſſarent, ſcilicet ad uidendum de duobus, ſeu de uiribus
teſtium; Et contra teſtes ſuos obijcitur: primò in genere: ſe
cundò in ſpecie. in genere contra omnes, quia tractant de
comodo particulari burſali, quod ſingulos tangit, quia iſtud
litigium eſt factum ante teſtimonium cum magna expen-
ſa hominum de Valentia, & maior erit ſi ſuccumbant, &
ſoluerent expenſas, & tamen iſta expenſa facta, & fienda ſol
35 uitur per ſolidum, & librum † ita quod ſingulos concernit,
l.4.§.actor.per Bar.ff.de re iudic.ideò repelluntur, ſecundũ
Cyn.in l.2.C.de teſt.Iaco.Butrig. Barth. & cæteros in l.quia
intantum.§.uniuerſitatis.ff.de rer. diuiſ.c. cum nuntius. per
canonis.ext.de teſti.& c.Romana.per Archid.de teſti.lib.6.
Secundò repelluntur, quia etſi non ſingulos tangat nego-
tium, ſed uniuerſos, & tangit tamen eos magnus honor, &
affectio magna, ideò repelluntur. Bald. in d.§.uniuerſitatis.

ad literam. Tertiò repellũtur, quia inimici. Vnde inimicitia
non grauis, ſed grauiſsima repellit teſtem, putà, quia præ-
36 ceſsit accuſatio criminalis † de crimine capitali, uel ſimilis
inimicitia. c. item cum quis. ext. de reſtit. ſpoliat. Innoc. in
c. cum oporteat. ext. de accuſ. immo ſuſpecti de inimicitia
repelluntur. c. cum. P. per Inno. de accuſat, Bal. in Auth. at ſi
37 quis. C. de teſti. ideo ſi eſt facta iniuria † uni de una agna-
tione, cæteri non erũt teſtes, tanquam de inimicitia ſuſpe-
cti. Cyn. in l. 1. C. de rapt. Bart. in l. lex Cornelia. ff. de iniuri.
Sed iam deuentum eſt ad robarias hinc inde, & inimicitiam
38 capitalem, quod demonſtrat exitus: & ſic † qualis fuerit ab
initio demoſtratur ex fine. l. ſed & ſi filius. §. interdum,
in uerſic. quid ſi ab initio. ff. ad Macedon. à primor-
39 dio enim † tituli poſterior formatur euentus. l. 2. C.
quar. & quib. quar. pars. ita ẽt principiũ declaratur à fine. l.
clam poſsidere. §. fin. & l. ſequen. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi ſer-
uus plurium. §. fin. ff. de lega. 1, cum ſimilibus.

Luchinus de Curte.

ADDITIONES.

a *Facta*] Veritas a enim aliquando demonſtratur ab ho-
mine in hac materia confinium: & iſta poteſt mutari, ut not.
ff. fin. regun. l. eos. Aut ab immutabili rerum natura, uel ſitu
perpetuo, ſicut ſunt montes, ualles, flumina; quæ diſtingunt
territoria, & ſunt fines eterni, & in ijs ſemel uerum ſemper
uerum eſt. ut in c. cum cauſam, extr. de probat. & not. ff. de
dam. inf. l. qui bona. §. ſi quis. Hinc eſt, quod per præſumptio-
nem non acquiritur directum dominium. Vide Bald. in d. c.
cum cauſam.

b *Fluminum*] Vtrum b flumina quæ ſunt inter duas iuriſdi-
40 ctiones: conſeãtur eſſe fines iuriſdictionum, † uide per Bal.
in c. ex literis. ext. de probat. qui dicit, quòd uſq; ad mediam
partem pro indiuiſo uerſus territorium ſingulorum præ-
ſumuntur extendi fines eorum: arg. ff. de rer. diuiſ. l. ar-
bor, de quo uideas per Ioan. And. in d. c. cum cauſam. in No-
uel. in mari etiam poteſt agi finium regundorum, ſi eſt con-
trouerſia de iuriſdictione maris inter habentes iuriſdictio-
nis confines: & dic ut per Bal. in d. c. ex literis.

Con-